



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio XXXIX. De personis ad essentiam relatis, in octo articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82303)

nantis ad hoc, vt alteri communicetur: esse tamē alteri communicabile ac proinde donabile, vt sic primò & formaliter dicit relationem ad eum, cui est donabile: quæ relatio ac denominatio prouenit ab intrinseca rei natura, qua res fruitioni vel vsui alterius apta redditur. Constat autem quamlibet personam ex sui natura esse aptā fruitioni: cum non tantum essentia, sed etiam personis fruatur beatus, quamuis ratio fruendi sit essentia, vt summa bonitas est in Deo & quamlibet persona intrinsecè clausa.

Obi. cont. 3.
concl.

CONTRA tertiam concl. sunt argum. quæ referunt & soluunt Capr. Caiet. Iauellus & Zum. *super hoc a* quorum solutio patet ex dictis. Contra eandem concl. *argum.* Valentia. Quamuis Spiritus S. sit amor, atque adeo id quod primò solet donari, non efficitur vt illi soli competat nomen doni ex vi suæ significationis; ergo &c. Antec. probatur: quia non consuevit dici donū solus amor, sed alia multa; igitur ratio D. Th. tantum ostendit meritò à Doctoribus fuisse id nomen tertie personæ attributum: quod facile potuerunt facere; cum nominum vsus sit ad placitum. *Resp.* falsum esse antec. in sensu nostræ conclusionis. Ad probationem negatur consequentia; quoniam amor per se primò conuenit ratio doni. Cum igitur solus Spiritus S. procedat vt amor, illi soli conuenit ratio primi doni personaliter accepti.

Solut.

Obi. 1. cont.
4. concl.

CONTRA quartam concl. argum. Valentia. *Primò* Spiritus S. secundum suam proprietatem personalem est amor productus; ergo est donū secundum eandem proprietatem. *Resp.* falsum esse antec. loquendo de proprietate personali præcisè: hæc enim tantum relatio est: amor autem productus duo dicit scilicet amorem essentialem significatum ea dictione *amor* & relationem originis expressam ea voce *productus*: Sicut cum dico, Deus spiratus, dico essentiale & notionale.

Solut.

Obi. 2.

Secundò. Sicut verbum producit secundum suam proprietatem personalem ex cognitione creaturarum: ita & Spiritus S. ex earundem amore; sed rectè idcirco dici potest verbum secundum suam quoque proprietatem personalem habere respectum rationis ad creaturas, vt eas quidem tanquam verbum representat, quamquam non vt eas per communem essentiam facit; ergo pari ratione respectus Spiritus sancti ad creaturas, vt donum nominatur, erit etiam secundum proprietatem illius personalem. *Resp.* primò falsum esse maiorem quo ad vtranque eius partem. Nam primò secundum multorum sententiam falsum est verbum produci secundum suam proprietatem ex cognitione creaturarum quandoque existentium. Secundò falsum est similem esse rationem de Spiritu S. vt scilicet procedat ex amore creaturarum. Tertiò negatur minor; quia respectus omnis ad creaturas, quem habet verbū vt representatiuum, conuenit ei ratione essentie intrinsecè clausæ.

Solut.

Obi. 3.

Tertiò. Ipsa etiam persona Spiritus S. donatur ad fruendum rationali creaturæ; igitur secundum proprietatem personalem est donum. *Resp.* nullam esse consq. præcisè loquendo de proprietate personali: sed sequitur tantum in ratione doni personaliter dicti claudi non solum essentiam, sed etiam proprietatem personæ constitutam.

Obiectio in
ordine 4.

CONTRA eandem concl. argum. Vasq. *Primò*. S. Th. in 1. dist. 18. q. 1. a. 4. docet Spiritum S. ratione suæ proprietatis personalem, non solum esse Spiritum sed etiam esse donum: & eo esse donū,

quo Spiritus: sicut filius eo est verbum, quo filius; & idem docet Capr. eadem dist. & August. in 5. de Trinit. c. 11. & lib. 4. c. 20. Respondetur D. Solus. Th. ibi duo dicere: *Primum* est: Sicut processio Spiritus S. dicit relationem vel proprietatem, sic Spiritus S. proprietate sua formaliter loquendo est Spiritus S. & amor, & donum, non autem Deus: sicut nec filius filiatione sua est Deus formaliter loquendo, sed filiatione est filius, & deitate est Deus, & sapientia sapiens. *Secundum* est: Si processio dicat emanationem, tunc potest dici, quòd Spiritus S. sua processione est Deus & donum: sicut etiam filius sua natiuitate est filius & Deus; quia sicut filius nihil habet, nisi quod nascendo accepit: ita & Spiritus S. nihil habet, nisi quod procedendo accepit. Ex quibus verbis satis apertè constat D. S. ibi loqui de dono, non ratione significationis ipsius nominis, sed ratione rei significatæ, quæ est persona spiritus S. sicut filius quædam persona est. Et quoniam Spiritui S. cui per se primò congruit ratio doni personaliter accepti, conuenit etiam primò secundum rem eius proprietatem relatiuam: sicut verbo vel filio primò conuenit proprietatis, siue relatio personalis, idcirco S. Th. ad rem magis, quam ad nominis significationem vel ordinem in significando respiciens, dixit Spiritum S. proprietate sua formaliter loquendo esse donum; quia scilicet ea constituitur in esse personali. Et in eodem sensu loquuti sunt Capr. & Aug.

Secundò. Spiritus S. ideo est donum, quia ipso actu, quo procedit, donari potest: sed hoc habet Spiritus sanctus ratione proprietatis; ergo &c. Probatur minor. Nam ratione proprietatis procedit per actū amoris, quo donari potest, imò proprietatis illius in ea origine fundatur; ergo habet rationem doni ex proprietate personali, in qua producit. *Resp.* falsum esse minorem. Ad probat. negatur assumptum loquendo de proprietate præcisè; nam quòd Spiritus S. procedat per actum amoris, habet nedum ex proprietate personali, verum etiam ex essentiali amore inclusio: ex quo sequitur relatio ad creaturas, quæ primò significatur nomine doni.

D

QVAESTIO XXXIX.

De personis ad essentiam relatis, in octo articulos diuisa.

POST ea, quæ de personis diuinis absolute tractata sunt, considerandum restat de personis in comparatione ad essentiam, & ad proprietates, & ad actus notionales: & de comparatione ipsarum adinuicem.

Quantum igitur ad primum horum, octo queritur.

Primò, Vtrum essentia in diuinis sit idem quod persona.

Secundò, Vtrum dicendum sit, quòd tres persone sunt vnius essentie.

Tertiò, Vtrum nomina essentialia predicanda sint de personis in plurali, vel in singulari.

Quartò, Vtrum adiectiua notionalia, aut verba, vel participia predicari possint de nominibus essentialibus, concretè acceptis.

Quintò, vtrum predicari possint de nominibus essentialibus, in abstracto acceptis.

Sextò, Vtrum nomina personarum predicari possint de nominibus essentialibus concretis.

Septimò, vtrum essentialia attributa sint approprianda personis.

Octauò, Quod attributum cuius persona debeat appropriari.

Ratio

Ratio ordinis.

QVAESTIONIS huius ordo ad praecedentes & subsequentes perspicue patet in textu. Articulorum autem series haec est: Primò S. D. agit in 1. a. de personis ad essentiam comparatis, prout absolute siue secundum rem consideratur utrumque scilicet persona & essentia: Deinde in alijs septem articulis de eadem personarum & essentiae comparatione dislerit quo ad veritatem & congruitatem propositionum. Quarum propositionum quadruplex est ordo: Primus earum in quibus essentia vel aliquod essentiale praedicatum dicitur de personis: Secundus earum in quibus notionalia adiectiva praedicantur de nominibus essentialibus: Tertius earum in quibus nomina personarum praedicantur de nominibus essentialibus concretis: Quartus earum in quibus attributa non absolute, sed vt appropriata praedicantur de personis. Constat autem primò considerari essentiam & personas absolute: deinde vt significatas per propositiones. Certum est etiam essentiam & quoduis essentiale prius esse secundum nostrum modum intelligendi quoduis notionali aut personali: & essentialia se habere quasi vt formam respectu personarum; cum essentialia communia sint & ad naturam pertineant, quae se habet vt forma respectu suppositi. Prius igitur agendum erat de comparatione personarum & essentiae quo ad rem, quam quo ad propositiones: & prius de propositionibus in quibus essentia vel aliquod essentiale dicitur de personis, quam vbi contraria est praedicatio sc. personae de essentia; quia praedicatum se habet vt forma respectu subiecti. Notionalia vero priora sunt completo numero personarum; cum duae personae scilicet filius & Spiritus S. per actus notionales emanent; & ideo prius quaeritur de praedicatione notionalium quam personarum respectu essentiae. Denique appropriata media quodammodo sunt inter communia & propria: & ideo post habitam extremorum notitiam, postremo de illis erat agendum. Reliqua minutiora tanguntur in explicatione titulorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verum in diuinis, essentia sit idem, quod persona.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quod in diuinis, essentia non sit idem, quod persona. In quibuscunque enim essentia est idem, quod persona seu suppositum, oportet, quod sit tantum vnum suppositum vnius naturae, vt patet in omnibus substantijs separatis. Eorum enim quae sunt idem re, vnum multiplicari non potest, quin multiplicetur, & reliquum. Sed in diuinis est vna essentia, & tres personae, vt ex * supra dictis patet. Ergo essentia non est idem, quod persona.

2 Praeterea. Afirmatio, & negatio simul & semel non verificantur de eodem. Sed afirmatio & negatio verificantur de essentia, & persona nam persona est distincta, essentia vero non est distincta. ergo persona & essentia non sunt idem.

3 Prat. Nihil subijcitur sibi ipsi. Sed persona subijcitur essentiae, vnde suppositum, vel hypostasis nominatur. Ergo persona non est idem, quod essentia. Sed contra est, quod August. * dicit 7. de Trin. Naz. in 1. part. D. Th. tom. 2.

A Ciem dicimus personam patris, non aliud dicimus c. 6. cir. priquam substantiam patris.

Respon. Dicendum, quod considerantibus diuinam simplicitatem, questio ista in manifesto habet veritatem. Ofsensum * est enim supra, quod diuina simplicitas hoc requirit, quod in Deo sit idem essentia, & suppositum, quod in substantijs intellectualibus nihil est aliud quam persona. Sed difficultatem videtur ingerere, quia multiplicatis personis diuinis, essentia retinet vnitatem. Et quia vt * Boet. dicit, Relatio multiplicat personarum Trinitatem, posterunt aliqui hoc modo in diuinis differre essentiam, & personam, quo relationes dicebant esse assistentes, considerantes in relationibus, solum quod ad alterum sunt, & non quod res sunt. Sed (sicut supra * ofsum est) sicut relationes in rebus creatis accidunt aliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia diuina. Ex quo sequitur, quod in Deo non sit aliud essentia, quam persona secundum rem: & tamen quod personae realiter abinuicem distinguantur. Persona enim (vt dictum est * supra) significat relationem, prout est q. 29. art. 4. subsistens in natura diuina. Relatio autem ad essentiam comparata, non differt re, sed ratione tantum. Comparata autem ad oppositam relationem habet virtute oppositionis, realem distinctionem. Et sic remanet vna essentia, & tres personae.

Ad Primum ergo dicendum, quod in creaturis non potest esse distinctio suppositorum per relationes, sed oportet, quod sit per essentialia principia, quia relationes non sunt subsistentes in creaturis. In diuinis autem relationes sunt subsistentes. Ideo secundum quod habent oppositionem adinuicem, possunt distinguere supposita: neque tamen distinguitur essentia, quia relationes ipsae non distinguuntur abinuicem, secundum quod sunt realiter idem cum essentia.

Ad Secundum dicendum, quod in quantum essentia & persona in diuinis differunt, secundum intelligentiam rationem, sequitur quod aliquid possit affirmari de vno, quod negatur de altero: & per consequens, quod supposito vno non supponatur alterum.

Ad Tertium dicendum, quod rebus diuinis nomina imponimus secundum modum rerum creaturarum, vt supra dictum est. c. Et quia natura rerum creaturarum indiuiduantur per materiam, quae subijcitur naturae speciei, inde est, quod indiuidua dicuntur subiecta, vel supposita, vel hypostases. Et propter hoc etiam diuina persona supposita, vel hypostases nominantur: non quod ibi sit aliqua suppositio, vel subiectio secundum rem.

Sensus quaesiti.

EX DICTIS supra q. 3. a. 3. contr. 1. perspicue patet sensus huius quaesiti, quem hie etiam explicat S. D. afferens rationem quaesiti: & Iauellus dicens in illo art. sumi personam & suppositum Metaphysice prout dicit singulare completum in natura intellectuali, in seipso minime distinctum, à quolibet autem alio sua proprietate aut principio indiuiduali distinctum: siue principium illud indiuiduans sit naturae suae peradditum, vt in rebus materia constantibus: siue sit ipsa natura à materialibus abstracta subsistens, vt Deus & Angelus. In hoc autem articulo sumitur (inquit) suppositum & persona Theologicè, pro subsistente relatione constituto & ab alio distincto.

Forma Textus.

AFFERTVR hic primò ratio quaesiti siue punctum difficultatis: deinde refertur & con-

X

con-

confutatur opinio Porrethanorum: postremo respondetur ad quaesitum vnica cōclusionē, videlicet. *Persona est idem realiter quod essentia, ipsa tamen persona realiter inter se distinguuntur.*
Caiet. huic textui facilem ac plenam adhibet formam, quam lege si placet.

Expositio Textus.

VIDENTA sunt ea, quae supra diximus de identitate relationis & essentiae qu. 28. ar. 2. contr. 1. & quae scribit Capr. in 1. dist. 35. q. vnica, ubi multa proponit argumenta Scoti & Aur. contra doctrinam illius & huius articuli: ex quo loco desumpti Cai. obiectiones hic ex Scoto relatas & earum solutiones, ut hic etiam aduertit Iacellus: nec alia nobis occurrunt praedictis addenda.

Qui plures desiderant probationes concl. 8. Th. legant Val. super hunc a.

Vide etiam quae scribit Cai. de oppositione contraria & contradictoria in 2. 2. q. 79. a. 4. suar. lib. 4. de Trin. c. 2. disputat aduersus errorem Gilb. Por.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Verum sit dicendum tres personas esse vnius essentiae.

AD Secundum sic proceditur. Videtur, quod non sit dicendum, tres personas esse vnius essentiae. Dicit enim Hil. in * lib. de Synodo, quod pater, & filius, & Spiritus sanctus sunt quidem per substantiam tria, per consonantiam vero vnum. Sed substantia Dei est eius essentia. Ergo tres persona non sunt vnius essentiae.

2. Præterea. Non est affirmandum aliquid de diuinis, quod auctoritate scripturae sacrae non est expressum, ut patet per Dionys. * 1. c. de di. no. Sed nunquam in scriptura sacra exprimitur, quod pater, & filius, & Spiritus sanctus sunt vnius essentiae. Ergo hoc non asserendum.

3. Præter. Natura diuina est idem, quod essentia. Sufficeret ergo dicere, quod tres persona sunt vnius naturae.

4. Præter. Non consuevit dici, quod persona sit essentia: sed magis, quod essentia sit persona. Ergo neque conuenienter videtur dici, quod tres persona sunt vnius essentiae.

5. Præter. Aug. * dicit, quod non dicimus tres personas esse ex vna essentia, ne intelligatur in diuinis aliud esse essentia, & persona. Sed sicut praepositiones sunt transitivae, ita & obliquae. Ergo par ratione non est dicendum, quod tres persona sunt vnius essentiae.

6. Præter. Id quod potest esse erroris occasio, non est in diuinis dicendum. Sed cum dicuntur tres persona vnius essentiae, vel substantiae, datur erroris occasio. In quia, ut Hyl. dicit in * lib. de synodo, vna substantia patris, & filij predicata, aut vnum qui duas nuncupationes habet, subsistentem significat: aut diuisam vnam substantiam duas imperfectas fecisse substantias: aut tertiam priorem substantiam, quae à duobus, & usurpat a sit, & assumpta. Non est ergo dicendum, tres personas esse vnius substantiae.

Sed contra est, quod Aug. dicit in * lib. 3. contra Maximinum. Quod hoc nomen, omonison, quod in Concilio Nicensi aduersus Arrianos firmatum est, idem significat, quod tres personas esse vnius essentiae, aut ex vniōe, aut ex

Communione. Respondetur. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) intellectus noster res diuinas nominat, non secundum modum earum, quia sic eas cognoscere non potest: sed secundum modum in rebus creatis inuen-

tum. Et quia in rebus sensibilibus, à quibus intellectus noster scientiam capit, natura alicuius speciei per materiam indiuiduatur, & sic natura se habet, ut forma indiuiduum autem, ut suppositum formae, propter hoc etiam in diuinis quantum ad modum significandi, essentia significatur ut forma trium personarum: dicimus autem in rebus creatis formam quancunque esse eius, cuius est forma, sicut sanitatem vel pulchritudinem hominis alicuius. Rem autem habentem formam non dicimus esse formam, nisi cum adiectione alicuius adiectiui, quod designat illam formam. Ut cum dicimus ista mulier est egregia forma, iste homo est perfecta virtutis. Et similiter, quia in diuinis multiplicatis personis, non multiplicatur essentia, dicimus vnam essentiam esse trium personarum, & tres personas vnius essentiae, ut intelligantur isti genitui constructi in designatione formae.

Ad Primum ergo dicendum, quod substantia sumitur pro hypostasi, & non pro essentia.

Ad Secundum dicendum, quod licet tres personas esse vnius essentiae non inueniatur in sacra Scriptura per haec verba, inuenitur tamen quantum ad hunc sensum. Sicut ibi. Ego & pater vnum sumus. Et ego in patre, & pater in me est. Et per multa alia haberi potest idem.

Ad Tertium dicendum, quod quia natura designat principium actus, essentia vero ab essendo dicitur, possumus dici aliqua vnius naturae, quae conueniunt in aliquo actu, sicut omnia calefacientia. Sed vnius essentiae dici non possunt, nisi quorum est vnum esse. Et idem magis exprimitur vnitatis diuina per hoc, quod dicitur, quod tres persona sunt vnius essentiae, quam si diceretur, quod sunt vnius naturae.

Ad Quartum dicendum, quod forma absolute accepta, consuevit significari, ut eius cuius est forma, ut virtus Petri. E conuerso autem res habens formam aliquam non consuevit significari, ut eius, nisi cum volumus determinare, siue designare formam. Et tunc requiruntur duo genitui, quorum vnus significet formam, & alius determinationem formae: ut si dicatur: Petrus est magna virtutis. Vel etiam requiritur vnus genituius habens vim duorum genitiuorum: ut cum dicitur, Vir sanguinum est iste, id est effusor multi sanguinis. Quia igitur essentia diuina significatur, ut forma respectu persona, conuenienter essentia personae dicitur: non autem e conuerso, nisi aliquid addatur ad designationem essentiae: ut si dicatur, quod pater est persona diuina essentia, vel quod tres persona sunt vnius essentiae.

Ad Quintum dicendum, quod hac praepositio, Ex, vel De, non designat habitudinem causae formalis: sed magis habitudinem causae efficientis, vel materialis. Quae quidem causae in omnibus distinguuntur ab his, quorum sunt causae. Nihil est sua materia, neg, aliquid est suum principium actuum. Aliquid tamen est sua forma, ut patet in omnibus rebus immaterialibus. Et ideo per hoc, quod dicimus, tres personas vnius essentiae, significando essentiam in habitudine formae, non ostenditur aliud esse essentia quam persona quod ostenderetur si diceremus tres personas ex eadem essentia.

Ad Sextum dicendum, quod sicut Hil. * dicit in lib. de Synod. Male sanctis rebus praedicatur, si, quia non sancta à quibusdam habentur, esse non debeant. Sic, si male intelligitur omonison, quid ad me bene intelligentem? Sic ergo vna substantia ex vna genitui proprietate, non sic autem ex proportionem, aut ex vniōe, aut ex

communione.

Sensur

Sensus & ordo quaesiti.

A

ARTICULVS TERTIVS.

Vtrum nomina essentialia praedicentur singulariter de tribus personis.

STABILITA identitate cuiuslibet diuinae personae cum essentia, statim occurrit inquirenda veritas huius propositionis: Tres personae sunt vnus essentia. Cuius quaesiti determinatio deducitur ex propria ratione suppositi & essentiae absolute sumptae, vt patet in textu; ex quo claret ordo ad seq. articulum, in quo quaeritur praedicatio essentialium non absolute, sed in numero singulari significatorum de personis.

Forma Textus.

CONCL. est. Recte dicimus vnā essentiam esse triū personarum, & tres personas vnus essentia. Probatur. Sicut in rebus sensibilibus natura per materiam indiuiduata se habet vt forma, indiuiduum autem vt suppositum formae: ita etiam in diuinis quantum ad modum significandi essentia, quae est vna numero, significatur vt forma trium personarum: at in rebus creatis dicimus formam quamcunque esse eius, cuius est forma; rem autem habentem formam non dicimus esse formae, nisi cum adiectione alicuius adiectiui, quod designat, id est determinat illam formam; ergo similiter in diuinis, in quibus multipliciter personae non multiplicatur essentia, dicimus vnā essentiam esse triū personarum & tres personas vnus essentia. Maior probatur; quia intellectus noster res diuinas non minatur non secundum modum earum, quia sic eas cognoscere non potest: sed secundum modum in rebus creatis inuentum: at in rebus sensibilibus natura se habet vt forma, indiuiduum autem vt suppositum formae; ergo &c. Maior huius argumenti probatur; quia intellectus noster scientiam capit à rebus sensibilibus. Minor vero principalis argumenti duas habens partes duplici probatur exemplo, vt patet in textu. Vltimò explicatur sensus conclusionis dicendo, genitiuos construi in designatione formae. Alio modo ferè planiori format litteram Caietanus.

Expositio Textus.

CONTINET hic articulus maximam illam controuersiam in Concilio Niceno definitam de nomine Homousion aduersus Arrianā impietatem, cui in symbolo, quod canitur in Missa, correspondet vox illa consubstantialis idem significans. Lege, si placet, quae scribit Suar. de materia huius articuli, & de voce Homousion lib. 4. de Trin. c. 1. post Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Chr. c. 3.

Notat hic Iauel. ex Heruazo non conuenienter dici tres personas esse vnus Dei: eo quod nomen Dei, cum sit concretum, significat suppositum & tanquam habens: at verò suppositum non potest (inquit) habere rationem habentis, nisi ad modum possidentis, vel domini, vel producentis: quorum nullum Deo conuenit respectu personarum, vt patet discurrenti per singula.

Circa vltima verba litterae, vbi dicitur genitiuos in talibus loquutionibus construi in designatione formae, legenda est explicatio S. D. in 1. s. dist. 34. q. 1. a. 2.

Respons. ad 2. explicat supra S. D. qu. 29. ar. 3. ad 1.

Responsio ad quintam difficultatem affert inferius tractandam q. 41. a. 3.

AD Tertium sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia (vt hoc nomen Deus) non praedicentur singulariter de tribus personis, sed pluraliter. Sicut enim homo significatur, vt habens humanitatem, ita Deus significatur, vt habens deitatem. Sed tres personae sunt tres habentes deitatem. Ergo tres personae sunt tres dii.

2 Præterea. Gen. 1. vbi dicitur, In principio creauit Deus caelum & terram, Hebraica veritas habet, Elohim, quod potest interpretari dii, siue iudices. Et hoc dicitur propter pluralitatem personarum. Ergo tres personae sunt plures dii, & non vnus Deus.

3 Præterea. Hoc nomen, res (cum absolute dicatur) videtur ad substantiam pertinere. Sed hoc nomen pluraliter praedicatur de tribus personis. Dicit enim aug. 11. de doct. in lib. de doctrina Christiana. Res quibus fruendum est, Christus c. 3. 10. 3 sunt pater, & filius, & spiritus sanctus. Ergo, & alia nomina essentialia pluraliter praedicari possunt de tribus personis.

4 Præterea. Sicut hoc nomen Deus, significat habentem deitatem, ita hoc nomen, persona, significat subsistentem in natura aliqua intellectuali. Sed dicimus tres personas. Ergo eadem ratione dicere possumus tres deos.

C Sed contra est, quod dicitur Deut. 6. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

Respond. Dicendum, quod nomina essentialium, quaedam significant essentiam substantiue, quaedam verò adiectiue. Ea quidem, quae substantiue essentiam significant, praedicantur de tribus personis singulariter tantum, & non pluraliter. Quae verò adiectiue essentiam significant, praedicantur de tribus personis in plurali. Cuius ratio est, quia nomina substantiua significant aliquid per modum substantiae: nomina verò adiectiua significant aliquid per modum accidentis, quod inhaeret subiecto. Substantia autem sicut per se habet esse, ita per se habet vnitatem, vel multitudinem. Vnde, & singularitas, vel pluralitas d. nominis substantiui, attenditur secundum formam significatā

per nomen. & Accidentia autem sicut esse habent in subiecto, ita ex d. subiecto suscipiunt vnitatem, & multitudinem. Et ideo, in adiectiuis attenditur singularitas, & pluralitas secundum supposita. In creaturis autem, non inuenitur vna forma in pluribus suppositis nisi vnitatis ordinis, vt forma multitudinis ordinata. Vnde, nomina significantia talem formam si sunt substantiua, praedicantur de pluribus in singulari, non autem si sunt adiectiua. Dicimus enim, quod multi homines sunt collegium, vel exercitus, aut populus, dicimus tamen, quod plures homines sunt collegiati. in diuinis autem essentia diuina significatur per modum

formae, vt dictū est. Quae quidem simplex est, & maxime vna: vt supra ostensum est. Vnde, nomina significantia diuinam essentiam substantiue, singulariter, & non pluraliter de tribus personis praedicantur. Haec igitur est ratio, quare Sortem, & Platonem & Ciceronem dicimus tres homines, patrem autem, & filium, & Spiritum sanctum non dicimus tres Deos: sed vnum Deum, quia in tribus suppositis humanae naturae sunt tres humanitates, in tribus autem personis est vna diuina essentia. Ea verò, quae significant essentiam adiectiue, praedicantur pluraliter de tribus, propter pluralitatem suppositorum. Dicimus enim tres existentes, vel tres sapientes, aut tres aeternos, & increatos, & immensos, si adiectiue sumantur. Si verò substantiue sumantur, dicimus vnum increatum, immensum, & aeternum, vt Athanasius dicit.

X 2

Ad

204
1. di. 42. a.
2. ad 5. Et
Boe. Tr. 1. q.
1. a. 4.

11. de doct.
Chr. c. 3. 10. 3

D. 927.

179
D. 17.

163

a. prec.
q. 3. a. 3.
† q. 3. a. 7.
q. 11. a. 4.

in symb.
suo qd.

Ad Primum eego dicendum, quod licet Deus significet habentem Deitatem, est tamen alius modus significandi. Nam Deus dicitur substantiue: sed habens deitatem dicitur adiectiue. Vnde licet sint tres habentes deitatem, non tamen sequitur, quod tres sint dii.

Ad Secundum dicendum, quod diuersae linguae habent diuersum modum loquendi. Vnde, sicut propter pluralitatem suppositorum Graeci dicunt tres hypostases, ita & in Hebraeo dicitur pluraliter Elohim. Nos autem non dicimus pluraliter neque deos, neque substantias: ne pluralitas ad substantiam referatur.

Ad Tertium dicendum, quod hoc nomen res est de transcendentibus. Vnde secundum quod pertinet ad relationem, pluraliter praedicatur in diuinis: secundum vero quod pertinet ad substantiam, singulariter praedicatur. Vnde Augustinus* dicit ibidem, quod eadem Trinitas quaedam summa res est.

Ad Quartum dicendum, quod forma significata per hoc nomen, persona, non est essentia vel natura, sed personalitas: vnde cum sint tres personalitates, id est, tres personales proprietates in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, non singulariter, sed pluraliter praedicatur de tribus.

Sensus quaesiti.

QVAERITUR hic de nominibus essentialibus in concreto, siue sint substantia siue adiectiua.

Forma Textus.

PRIMO distinguit, deinde respondet quaesito duabus conclusionibus, quas vnico simul probat argumento.

Distinctio est: Nominum essentialium quaedam significant essentiam substantiue: quaedam vero adiectiue.

PRIMA CONCLUSIO est. Ea nomina, quae significant essentiam substantiue, praedicantur de tribus personis singulariter tantum & non pluraliter.

SECUNDA CONCLUSIO. Quae adiectiue essentiam significant, praedicantur de tribus personis in plurali. Probantur ambae simul. Singularitas vel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen: in adiectiuis autem attenditur singularitas vel pluralitas secundum supposita: At in diuinis essentia significatur per modum formae, quae simplex est & maxime vna in tribus suppositis; ergo nomina significantia diuinam essentiam substantiue, singulariter & non pluraliter de tribus praedicantur; ea vero, quae significant essentiam adiectiue, praedicantur pluraliter de tribus personis. Maior probatur ex differentia substantiui & adiectiui in modo significandi: Nam substantiua significant aliquid per modum substantiae; nomina vero adiectiua significant aliquid per modum accidentis, quod inhaeret subiecto: at substantia sicut per se habet esse, ita per se habet vnitatem: accidentia vero sicut habent esse in subiecto, ita ex subiecto suscipiunt vnitatem vel multitudinem; ergo singularitas vel pluralitas nominis substantiui & prout in maiori. Minor autem probatur ex supradictis & ex differentia formae inuenta in creaturis & essentiae diuinae, quae significatur ad modum formae; quoniam in creaturis non inuenitur vna forma in pluribus suppositis, nisi vnitatem ordinis, ut forma multitudinis

ordinatae: in diuinis autem essentia simplex est & maxime vna: Cum qua tamen differentia fiat nonnulla similitudo, qua manifestatur veritas vtriusque conclusionis, videlicet quod nomina significantia formam vniam creatam in pluribus suppositis inuentam, si sint substantiua, praedicantur de pluribus in singulari, non autem si sint adiectiua, quia dicimus, multi homines sunt collegium vel sunt exercitus aut populus: & dicimus plures homines sunt collegiati. Similiter in diuinis nomina significantia diuinam essentiam substantiue praedicantur singulariter & non pluraliter: è contra vero adiectiua pluraliter. Et manifestatur prima conclusio ex differentia humanae & diuinae naturae quo ad vnitatem & pluralitatem in suppositis, & consequenter quo ad vnitatem & pluralitatem nominis substantiui, ut patet in textu.

Expositio Textus.

TOTVM hunc articulum explicat non minus eruditè, quam eleganter Episc. Canariensis.

Vasq. in 8. c. latè declarat regulam de nominibus adiectiuis: sed ex sequentis controuersiae definitione tota pendet litterae praesentis intelligentia.

CONTROVERSID VNICA.

De veritate & sensu illius maioris propositionis. Singularitas vel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen: in adiectiuis autem &c.

CONTINET praedicta propositio secundum communem exppositorum sententiam (vno excepto Sylu. supra q. 36. a. 4.) duas regulas circa praedicationem nominum essentialium vel absolutorum in concreto, tam si fuerint substantiua quam si fuerint adiectiua. Sed tota difficultas est de priori parte propositionis, siue regula ad substantiua nomina pertinente. Omissis autem antiquorum Scholasticorum placitis, scilicet Richardi, Dur. Marfilij, Gabr. & plurium nominalium à recentioribus relatis & confutatis, exppositorum tantum sententias referemus.

Igitur Sylu. supra q. 36. a. 4. hunc ait esse sensum dictae regulae, videlicet: Nomen substantiuum nunquam plurificatur nisi plurificata forma, qua plurificata semper plurificatur ipsum, si sit abstractum: si vero sit concretum, semper plurificatur regulariter, si forma est substantia: si vero sit accidens, nunquam plurificatur nisi plurificato subiecto. Non enim possunt dici plures artifices, nisi sint plura supposita artis. Quam sententiam sequitur Torres super hoc art. vbi respondens ad obiectionem affirmat, si duae personae assumerent eandem numero humanitatem, non debere tunc dici duos homines, sed vnum.

Barth. Med. 3. p. q. 3. a. 6. duas glossas insinuat. Prior est: Regulam illam intelligendam esse, quando formale significatum substantiui est per se subsistens, & idem secundum rem cum supposito: sicut natura diuina significata hoc nomine Deus est per se subsistens, & idem cum qualibet diuina persona. Posterior est: Veram esse dictam regulam, quando nomen substantiuum non significat formam accidentalem, sed substantialem. Ex quibus deducit,

Sententia
Doctorem.

ducit, ita casu duarum personarum assumen-
tium eandem humanitatem, futuras illas per-
sonas vnum hominem & non duos; eo quod
humanitas adueniat filio Dei, sicut forma ac-
cidentaria. Quem dicendi modum sequitur
Ban. *supra q. 36. a. 4. & Zum. super hoc a. & indica-*
uerat Ferr. in 4. contra gent. c. 11. concl. 4.
Aduerte tamen Med. non sibi constare:
nam prius ibidem sustinuerat cum Caiet.
futuros in eo casu duos homines simpli-
citer.

Alij verò quos refert Mol. *supra q. 36. a. 4. disp. 4.*
existimant regulam illam esse limitan-
tiam ad ea substantia, quorum formale signi-
ficatum est de intrinseca ratione suppositi; in-
ter quos recenset Med. qui in priori glossa per
illam vocem, *idem*, id videtur innuere. Ait au-
tem Mol. eorum semper sententiam sibi pla-
cuisset, qua affirmant regulam substantiuo-
rum concretè significantium esse vniuersim
veram: ob rationem Scoti in 1. *dist. 12. q. 1.*
quam refert dictus expositor in dicto *ar. disputat. 2. & Vasq. disp. 15. c. 4. & latius Rada*
contr. 16. a. 2. Est autem in summa ratio
talis. Adiectiua sunt huius naturæ vt
non se mutuo determinent, sed determinent
substantium; ergo quando concreto ad-
iectiuo additur à parte prædicati nomen nu-
merale adiectiuum, neutrum determinat alte-
rum, sed ambo determinant substanti-
um, quod est à parte subiecti. Ex quo sequi-
tur vt hæc propositio, Pater & filius & Spi-
ritus sanctus sunt tres æterni, hunc habeat sen-
sum: Pater & filius & Spiritus sanctus sunt
tres, & quilibet eorum est æternus: quæ pro-
positio vera est, etiam si trium vna sola sit
æternitas. Sed quando substantiuo concreto
posito à parte prædicati additur nomen nu-
merale, determinat substantium, ponitque su-
um significatum circa eius formale signifi-
catum, & denotat in ipso pluralitatem. Vnde
hæc propositio est falsa & hæretica: Pater &
filius & Spiritus sanctus sunt tres Dij aut
plures Dij, vel creatores; quoniam adiecti-
uus ille numeralis, tres vel plures, determinat
substantium & in ipso denotat numerum si-
ue pluralitatem.

Cap. in 1. *dist. 4. q. 1. a. 1. ad 1.* Aureoli refert ver-
ba D. Th. ex 3. *dist. 1. q. 2. a. 5. ad 2.* ita loquentis.
Singularitas & pluralitas termini substantiuum atten-
ditur secundum unitatem & pluralitatem naturæ signifi-
catæ per terminum, & non secundum unitatem vel plu-
ralitatem suppositi. Quamuis enim pater, & filius
& Spiritus sanctus sint tria supposita, tamen pro-
pter unitatem diuinæ naturæ, quam significat hoc no-
men Deus, dicuntur vnus Deus: ita è contra, quamuis
Iesus, & Petrus essent vnum suppositum, tamen pro-
pter pluralitatem naturarum assumptarum dice-
rentur duo homines. Hæc ibi. Nititurque Cap.
ad eundem sensum trahere verba D. Th. 3. *p. q. 3. a. 7.* vbi docet nullum substantium dici
pluraliter, nisi propter pluralitatem suppo-
sitorum, dicens D. Th. ibi potius videri lo-
qui de adiectiuis, quam de substantiis.
Sentit ergo Cap. nomina substantiua concreta
rerum naturas significantia, ex sola unitate aut
pluralitate seu numero forme, quam significant
singulariter aut pluraliter dici. Quam senten-
tiam vt probabilem sustinet Ferr. in 4. *cont.*
gent. c. 11. Eandem sequitur Vasq. in dicta *disput.*
15. cap. 4. & Suar. lib. 4. de Trinitate c. vndecimo,
numero 4.

Cai. *super hoc a. & supra qu. 36. a. 4.* ait differ-
entiam, quam statuit S. D. inter adiecti-
uum & substantiuum in hoc consistere, quod
substantiuum pluralitas exigit, pluralitatem for-
mæ & pluralitatem suppositi: ad adiectiuum ve-
rò pluralitatem sufficit pluralitas supposito-
rum. Quam interpretationem sequuntur Ferr.
in dicto *cap. 11. concl. 4.* Iauel. Torres, Ban. Zum.
& Val. *super hoc a. Mol. in dicta q. 36. a.*
4. & Suar. 3. par. disp. 13. sect. 3. licet vbi supra
oppositum dixerit. Denique communis
hæc est omnium Thomistarum sententia,
quam etiam amplectitur Rada dicta *controu.*
16.

CVM TOTA controuersia præsens sit de Resolutio.
sensu & veritate primæ regulæ siue propo- Conciliatio
sitionis S. D. in textu, operæpretium erit ex di-
uersis di-
lyis eiusdem Angelici Doctoris dictis illius ostenditur
mentem & questionis propositæ definitio- & plurali-
nem inuestigare. Igitur præter verba supra no- tatem no-
tata ex 3. *dist. 1. q. 2. a. 5.* vbi dicitur nomina sub- minis sub-
stantiua accipere unitatem & pluralitatem ab stantiis at-
unitate & pluralitate formæ significatæ; non tendi per se
autem ab unitate vel pluralitate supposito- primò ex
rum, habentur alia familia de potentia, q. 9. a. unitate &
6. & 1. *dist. 5. q. 2. a. 3.* in quibus nullam de plu- pluralitate
ralitate suppositorum mentionem facit. Et in forme signi-
tertio sent. vtens regula prædicta in mysterio ficatæ: secū-
C Incarnationis ait: Si vna persona duas humanita- dario verò
tes assumeret, dicerentur duo homines, propter plu- & pluralita-
ralitatem formæ significatæ, quamuis vnum tantum te supposito-
esset suppositum. In hoc etiam artic. vbi statuit rum.
differentiam inter adiectiua nomina & substan-
tiua, disertis verbis affirmat singularitatem
vel pluralitatem nominis substantiuum attendi
secundum formam significatam per nomen:
adiectiuum verò singularitatem vel pluralitatem
attendit secundum supposita.

At *supra q. 36. a. 4. ad 2.* ait Patrem propter Contrarietas
plures proprietates non posse dici plura prin- sonantia.
cipia; quia implicaretur pluralitas suppo-
sitorum: Igitur secundum mentem D. Th. vt
hoc nomen, principium, quod est substanti-
uum, dicatur pluraliter, requiritur necessariò
D pluralitas suppositorum. Et in 3. *p. q. 3. a. 6. ad 1.*
ait: Si tres persone assumerent vnā humanam
naturam, verum esset dicere, quod tres persone essent
vnus homo propter vnā naturam humanam: sicut
nunc verum est dicere, quod tres persone sunt vnus
Deus propter vnā diuinam naturā. Et in 4. *a. 7. ad 2.*
ita loquitur: Nunquā nomē ab aliqua forma impo-
situm pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem
suppositorum: homo enim qui est duobus vestimentis
indutus, non dicitur duo vestiti, sed vnus vestitus
duobus vestimentis: & qui habet duas qualitates, di-
citur singulariter aliquis secundum duas qualita-
tes: natura autem assumptæ quantum ad aliquid se
habet per modum indumenti: & ideo si persona diui-
na assumeret duas naturas humanas, propter vni-
tatem suppositi diceretur vnus homo habens duas
naturas humanas. Hæc ibi.

Quamuis autem plura ex relatis S. D. pro- Conciliatio
nunciatis inter se videantur aperte pugnantia, tur dicta
vnica tamen proposita distinctione conciliari D. Thom. c.
facile poterunt. Distinctio est Ferrariensis distinctio-
in *supradicto c. 11.* De singularitate & pluralitate
nominis substantiuum vel adiectiuum dupliciter lo-
qui possumus: Vno modo quo ad rationem & cau-
sam formalem singularitatis & pluralitatis eius
præcisè & absolute; Alio modo non solum quo
ad rationem siue causam sed etiam quo ad
conditionem necessariò requisitam ad nomi-
nis

minis substantiui singularitatem vel pluralitatem. Si rationem solam & causam pluralitatis vel singularitatis attendamus, sola sufficit ad nominis substantiui singularitatem formae singularitas, & ad eiusdem pluralitatem formae pluralitas: quemadmodum ad pluralitatem adiectiui sola sufficit pluralitas suppositorum. Cuius rationem hic assertit D. Tho. ex differentia inter adiectiuum & substantiuum quo ad modum significandi: quia scilicet substantia significant aliquid per modum substantiae, adiectiua vero significant aliquid per modum accidentis quod inheret subiecto: sicut autem substantia per se habet esse, ita per se habet unitatem aut pluralitatem, accidentia vero habent esse in subiecto, & ideo subiecto suscipiunt unitatem vel pluralitatem. Igitur substantiui pluralitas vel singularitas consequitur ut rationem & propriam causam, unitatem vel multitudinem formae significatae per nomen: quamvis haec ratio non sit simpliciter sufficiens se in suo ordine. s. ut ratio adiectiui vero singularitas vel pluralitas sequitur ad unitatem vel pluralitatem suppositorum. Si vero singularitatem vel pluralitatem consideremus non quo ad solam eius rationem aut causam, sed etiam quo ad conditionem necessariam requisitam: sic non sufficit sola formae pluralitas, sed requiritur etiam pluralitas suppositorum ad pluralitatem nominis substantiui, ut scilicet pluraliter dici possit. Ex hac itaque distinctione conciliari facile possunt vniuersa dicta D. Th. supranotata. Nam in locis ex 1. & 3. & q. 9. de Potentia relatis rationem assignauit formalem & causam per se primò unitatis vel pluralitatis nominis: ex qua causa siue ratione attenditur per se primò differentia nominis substantiui ab adiectiuo quo ad singularitatem & pluralitatem, non excludendo tamen pluralitatem suppositorum, quam supra q. 36. & in tertia par. significauit ut conditionem esse necessariam. Cum igitur in 3. dist. 1. q. 2. a. 5. negat pluralitatem substantiui attendi penes pluralitatem suppositorum, intelligendum est quo ad rationem & per se primò causam pluralitatis, non autem quo ad conditionem necessariam requisitam. Cur autem in hoc a. S. D. nihil dixerit de pluralitate suppositorum ad substantiui pluralitatem necessaria, rationem assertit Cai. dicens non opus fuisse nisi hic illud tantum exprimere, quo differt substantiuum ab adiectiuo: cum praefertim suppositorum pluralitatem significauerit esse necessariam in dictis q. 36. & in 3. p. perspicue dixerit, & cuilibet comparanti praedicta nomina pluralitas occurrat suppositorum, ut communis vtriusque conditio, ut pluraliter vtrumque dicatur. Addit autem Cai. quem alij quidem sequuntur interpretes D. Thom. in 3. dist. 1. q. 2. a. 5. in opposita fuisse sententia, & ab eodem in tertia parte fuisse reprehensam. De qua re liberum esto cuiuslibet intelligentis iudicium. Ferrariensis in dicto 11. capite nititur alia via conciliare dicta D. Th. reducendo simul etiam modum dicendi Capr. ad bonum sensum. Sed quoniam, ut idem expositor ibidem fatetur, ea via non assequitur mentem D. Tho. idcirco legat eam quicunque voluerit.

Hac iudicio nostro quaestionis propositae definitioni cumulatè sufficiunt, ex quibus non nulla explicantur vberius à Ferrariensi & Cai.

locis superius allegatis, quae lectoris diligentè videnda relinquimus.

Ex eadem distinctione & doctrina ad concordiam haud ineptè reduci possent omnes ferè superius relatae exppositorum sententiae.

Iam verò de ratione Scoti pro dictis regulis, quam ut efficacem reiecta probatione D. Tho. proponunt nobis Scotus, & post eum Mol. & Rada breuibus dicam. Miror etenim adduci rationem ut diuersam, cum vel sit eadem, aut quod verius est, ex ratione D. Th. ut priori & magis radicali deducta. Nam ex hoc quod substantia per se habet esse & consequenter unitatem aut multitudinem, accidens autem habet esse in subiecto & consequenter ab eo recipit unitatem, sequitur id quod ait Scotus, videlicet adiectiua huius esse naturae, ut non se mutuo determinant: sed determinant substantiuum, nimirum determinatione formali per modum adiacentis & inherētis, & consequenter ab eo recipiant unitatem aut pluralitatem. Cum enim substantia per se habeat esse, accidens autem totum suum esse, quo formaliter per modum adiacentis & inherētis determinat, habeat in substantia consequens est ut possitis duobus accidentibus, aut ad modum accidentium se habentibus, à parte praedicati neutrum determinet alterum, sed ambo determinant immediate subiectum. Absint igitur Scoti & Radæ ac similium cauationes, & pateat omnibus Angelicæ doctrinae profunditas.

PRIMA CONCL. Singularitas, vel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen: in adiectiuis autem secundum supposita. Hæc conclusio est D. Tho. in hoc articulo.

SECUNDA CONCL. Dicendo singularitatem, vel pluralitatem substantiui attendi penes formam, non excluditur pluralitas suppositi ut necessaria conditio ad pluralitatem; sed tantum ut ratio, & causa per se primò pluralitatis nominis substantiui, quæ soli conuenit formæ per illud nomen significata.

TERTIA CONCL. Vera est praedicta regula D. Th. siue significatum nominis substantiui sit forma substantialis siue accidentalis: siue sit subsistens siue non subsistens, siue sit intrinseca supposito siue sit extrinseca. Hæc patet ex dictis & magis elucescit ex solutionibus argumentorum.

QUARTA CONCL. Ratio quæ probatur in textu dictæ regulæ, continet causam radicalem & potissimam, ex qua deducitur medium, quo vtiur Scotus. Hæc satis probata fuit in ultimo fundamento.

CONTRA primam concl. sunt argum. quæ proponunt & soluunt Cai. Iacobi Torres, Zum. Mol. Val. ad quos lectorem remittimus. Penitet tamen omnium eorum solutio ex praenotata distinctione concurrentium ad nominis singularitatem vel pluralitatem, & ex diuersitate modi significandi nominis adiectiui & substantiui.

CONTRA secundam & tertiam concl. argum. Torres & post eum Zum. & alij. Si Petrus & Ioannes haberent eandem numero albedinem, essent plura alba substantiue; ergo.

Resp. primò falsum esse anteced. Nam facta illa suppositione praedicatum illud, album, non posset verè dici de Petro & Ioanne nisi adiectiue. Secundò dico casum esse impossibi-

Occurrit
calumnie
Scoti, Mo-
lina & Ra-
da.

Conclusio-
nes deduc-
tae, & pro-
batae.

Argumenta
a. & solutio-
nes.

Ob. 1. coi. 2.
& 3. caput.

Solutio.

leui;

leni; eo quod accidens indiuiduatur ex subiecto: quare sicut idem accidens non potest esse vnum & plura, ita non potest esse in hoc simul & in illo subiecto.

Ob. 2. *Secundo* contra easdem conclusiones arguunt. Quia si vna persona duas assumeret humanitates, vel e contra, tunc essent plures homines: & tamen in priori casu non esset pluralitas suppositorum: in posteriori vero non esset nisi vna forma, id est humanitas in pluribus. *Resp.* falsum esse antec. Nam in vtroque casu esset tantum vnus homo, vt apertè docet S. Tho. in 3. p. q. 3. a. 6. ad 1. & a. 7. ad 2. & ibidem declarat Caietanus. Cur autem dixerit S. D. in 3. in priori casu futuros & dicendos esse duos homines, explicat Ferr. in dicto c. 11.

Ob. 1. cõs. 2. concl. *Contra eandem secundam conclus.* argu. Vsq. *Primò* S. Th. non dixit ad pluralitatem vel unitatem nominis esse attendendam, & considerandam unitatem vel pluralitatem formæ: sic enim solum significaret id esse necessarium, non tamen denotaret id sufficere: sed dixit singularitatem aut pluralitatem nominis attendi secundum formam significatam. At verò attendi secundum formam est ex illa desumi: nam si aliunde necessariò oriretur, non diceretur attendi secundum formam; siquidem existentibus pluribus formis, contingeret nomen singulariter significare; ergo &c. *Resp.* falsum esse quod attendi secundum formam sit ex ea tantum oriri: nec est inconueniens existentibus pluribus formis nomen singulariter significare, vt iam diximus cum D. Thom. in casu vnus diuinæ personæ duas assumentis humanitates: tunc enim esset vnus tantum homo. *Secundo* dico, quod attendi secundum formam est ex ea tantum oriri vt ratione & causa per se primò singularitatis aut pluralitatis, non vt per se sufficiente sine conditione prædicta, quæ est unitas vel pluralitas suppositorum.

Solut. *Secundò* sic arguit. Nunquam S. Tho. in toto articulo fecit mentionem unitatis & numeri suppositorum, vt ostenderet id etiam requiri ad unitatem & pluralitatem nominis; ergo cum solum faciat mentionem formæ, & inde dicat esse attendendam unitatem nominis, sequitur existimasse id etiam solum sufficere. *Et D. confirmatur;* quia S. D. eodem modo loquitur de singularitate, quo de pluralitate: sed ad singularitatem nominis sufficit unitas formæ: quod significat S. Tho. cum ait singularitatem nominis ex singularitate formæ attendendam esse. *Respondetur* cum Caietano non fuisse necessarium hic exprimi nisi id, in quo differt substantiuum ab adiectiuo: hoc autem est unitas aut pluralitas formæ, vt supra declarauimus. Vnde ad argumentum negatur sequela. Nihil enim valet argumentum ab autoritate negatiue. Et præterea S. Thom. conditionem illam necessariam expresserat supra qu. 36. art. 4. & clarius eam significat in 3. p. q. 3. a. 7. ad 2. *Ad confir.* negatur assumptum: nusquam enim dixit D. Th. ad substantiuum nominis singularitatem requiri suppositi unitatem: cum tres personæ dicantur vnus Deus.

Obi. 2. *Tertio*, Colligit D. Tho. formas inde habere unitatem vel pluralitatem, vnde habent esse, non quidem tanquam ex requisito solo principio, sed etiam tanquam ex sufficiente & integro; ergo &c. Probatur antecedens; quia sicut non aliunde habent esse sed per se, ita per se & non aliunde habent unitatem & nume-

Solut. rum; cum itaque nomina concreta formarum sequantur rem significatam, sicut quæcunque alia, sequuntur rem, quam significant, rectè colligit S. Thom. ex illis solum singularitatem & pluralitatem eorum in significando sumendam esse. *Resp.* falsum esse antec. Ad probat. dico formas ex se, & non aliunde habere esse tanquam ex ratione & causa formali seu principio formali essendi: habere tamen ex suppositis, in quibus subsistunt, conditionem ad modum essendi pertinentem, sine qua non potest forma substantiuo nomine significata pluraliter prædicari.

Quartò. Significatio nominis numerari debet secundum significatum directum illius: sed directum significatum nominis concreti substantiuum naturæ seu formæ, vt Deus non est suppositum sed forma; ergo ex illa numerari debet; ergo singulariter aut pluraliter dici iuxta unitatem vel numerum formæ, non suppositi. *Resp.* primò falsam esse maiorem intellectam de significato formæ, vt causa per se omnino sufficienti sine quouis alio, vt conditione saltem necessaria ad nominis pluralitatem. *Secundo* posset negari minor, loquendo de substantiuo quatenus cõcretum est; sic enim directè significat suppositum: sed melior est prima responsio.

Quintò. Ad singularitatem nominis substantiuum nullo modo requiritur singularitas suppositi; ergo neque ad eius pluralitatem requiritur pluralitas suppositorum. Antecedens probatur; quia alioquin tres personæ non essent vnus Deus nec vnus homo, si vnā assumerent humanitatem, quod est absurdum. *Respondetur* nullam esse consequentiam; plus enim exigitur ad pluralitatem quàm ad unitatem: nam vt res aliqua sint & dicantur vnum sub aliqua ratione, satis est vt in ea sint indiuisæ: Vt autem plura sint & dici possint, requiritur vt sint ab inuicem absolutè diuisæ, nec ad vnum aliquid componendum vel constituendum conueniant. Vnde si plures assumerentur humanitates ab vna persona, non essent tres homines sed vnus homo; quoniam in eadem persona conuenirent ad vnum ineffabiliter componendum: & eadem ratione si tres personæ vnā numero naturam assumerent, essent vnus homo; quia scilicet ad vnum hominem ex vna natura & tribus suppositis ineffabiliter compositum constituendum conuenirent. Quemadmodum vnus Deus ex vna Deitatis natura, & tribus personis modo nostro intelligendi constituitur.

Sextò. Licet pluralitas & singularitas formæ esset conditio requisita, non autem ratio formalis, non deberet dicere sanctus Thomas in hoc articulo pluralitatem & singularitatem nominis attendi debere ex unitate & pluralitate formæ: sed addere deberet aliunde etiam desumi; nam ex conditione etiam attendi debet, sicut ex causa formali, si conditio est necessariò requisita. *Respondetur* nullam esse consequentiam; quia quod principaliter attenditur in qualibet re constituenda siue causanda, non est conditio ad rei productionem siue constitutionem necessariò concurrens, sed id quod ratio est & causa per se primò: & ideo mentione facta de eo, quod est per se primò causa, non est necesse semper illud addere, quod est conditio. E contra verò, pos-

Obi. 4. bet secundum significatum directum illius: sed directum significatum nominis concreti substantiuum naturæ seu formæ, vt Deus non est suppositum sed forma; ergo ex illa numerari debet; ergo singulariter aut pluraliter dici iuxta unitatem vel numerum formæ, non suppositi. *Resp.* primò falsam esse maiorem intellectam de significato formæ, vt causa per se omnino sufficienti sine quouis alio, vt conditione saltem necessaria ad nominis pluralitatem. *Secundo* posset negari minor, loquendo de substantiuo quatenus cõcretum est; sic enim directè significat suppositum: sed melior est prima responsio.

Quintò. Ad singularitatem nominis substantiuum nullo modo requiritur singularitas suppositi; ergo neque ad eius pluralitatem requiritur pluralitas suppositorum. Antecedens probatur; quia alioquin tres personæ non essent vnus Deus nec vnus homo, si vnā assumerent humanitatem, quod est absurdum. *Respondetur* nullam esse consequentiam; plus enim exigitur ad pluralitatem quàm ad unitatem: nam vt res aliqua sint & dicantur vnum sub aliqua ratione, satis est vt in ea sint indiuisæ: Vt autem plura sint & dici possint, requiritur vt sint ab inuicem absolutè diuisæ, nec ad vnum aliquid componendum vel constituendum conueniant. Vnde si plures assumerentur humanitates ab vna persona, non essent tres homines sed vnus homo; quoniam in eadem persona conuenirent ad vnum ineffabiliter componendum: & eadem ratione si tres personæ vnā numero naturam assumerent, essent vnus homo; quia scilicet ad vnum hominem ex vna natura & tribus suppositis ineffabiliter compositum constituendum conuenirent. Quemadmodum vnus Deus ex vna Deitatis natura, & tribus personis modo nostro intelligendi constituitur.

Solut. *Sextò*. Licet pluralitas & singularitas formæ esset conditio requisita, non autem ratio formalis, non deberet dicere sanctus Thomas in hoc articulo pluralitatem & singularitatem nominis attendi debere ex unitate & pluralitate formæ: sed addere deberet aliunde etiam desumi; nam ex conditione etiam attendi debet, sicut ex causa formali, si conditio est necessariò requisita. *Respondetur* nullam esse consequentiam; quia quod principaliter attenditur in qualibet re constituenda siue causanda, non est conditio ad rei productionem siue constitutionem necessariò concurrens, sed id quod ratio est & causa per se primò: & ideo mentione facta de eo, quod est per se primò causa, non est necesse semper illud addere, quod est conditio. E contra verò, posi-

Obi. 6. *Solut.*

ta sola conditione, non esset doctrina perfecta; A quia principale deesset. Probatio verò consequentia non est ad propositum; nam si forma esset tantum conditio, iam illud aliud, ex quo desumenda esset etiam pluralitas substantiui, non esset conditio, vt Valq. significat, sed esset ratio & causa propria.

CONTRA vltimam conclus. est argum. Scoti solutum à Capr. Caiet. Iauel. & alijs, quo etiam vtitur Rada præteriens solutiones Thomistarum.

RESPONSIONEM ad secundum argum. explicant hic Torres, Zum. & Suar. lib. 4. de Trinitate, ca. 12. in fine. De qua etiam legendus est Cai. & Abul. super Gen. 1. c.

CIRCA responsionem ad tertium argum. disputant hic Torr. & Molin. An sit concedendum tres personas diuinas esse tria entia? & An Pater entitatem ac realitatem omnem quam habet, communitur filio? De qua re supra q. 29. a. 3. satis diximus.

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.

205
a. diff. 4. q.
2. a. 1.

AD Quartum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia concreta non possint supponere pro persona, ita quod hac sit vera, Deus genuit Deum. Quia (vt philosophi dicunt) terminus singularis, idem significat & supponit. Sed hoc nomen, Deus, videtur esse terminus singularis, cum pluraliter predicari non possit, vt dictum est. Ergo, cum significet essentiam, quod supponat pro essentia, & non pro persona.

ad. præc. 9.
q. 13. a. 9.

2. Præterea. Terminus in subiecto positus non restringitur per terminum positum in predicato ratione significationis: sed solum ratione temporis consignificati. Sed cum dico, Deus creat, hoc nomen, Deus, supponit pro essentia. Ergo, cum dicitur, Deus genuit, non potest iste terminus, Deus, ratione predicati notionalis supponere pro persona.

3. Præterea. Si hac est vera, Deus genuit, quia pater generat, pari ratione hac erit vera, Deus non generat, quia filius non generat. Ergo est Deus generans, & Deus non generans. Et ita videtur sequi, quod sint duo dy.

di. de trinit.
n. ane med.
60. 3.

4. Præterea. Si Deus genuit Deum, aut se Deum, aut alium Deum. Sed non se Deum, quia (vt Aug. dicit in 1. de Trinit. *) nulla res generat seipsam. Neque alium Deum, quia non est nisi vnus Deus; ergo hac est falsa, Deus genuit Deum.

5. Præterea. Si Deus genuit Deum, aut Deum, qui est Deus pater, aut Deum, qui non est Deus pater. Si Deum, qui est Deus pater, ergo Deus pater est genitus. Si Deum, qui non est Deus pater, ergo Deus est, qui non est Deus pater: quod est falsum. Non ergo potest dici, quod Deus genuit Deum.

Sed contra est, quod in simbolo dicitur, Deum de Deo.

Respondeo. Dicendum, quod quidam dixerunt, quod hoc nomen, Deus, & similia, proprie secundum suam naturam supponunt pro essentia: sed ex adiuncto notionali trahuntur ad supponendum per personam. Et hac opinio processisse videtur ex consideratione diuina simplicitatis, quæ requirit, quod in Deo idem sit habens, & quod habetur. Et sic habens deitatem, quod significat hoc nomen, Deus, est idem, quod deitas. Sed in propriis locutionibus, non tantum attendenda est res significata: sed etiam modus significandi. Et ideo, quia hoc nomen, Deus, significat diuinam essen-

tiam, vt in habente ipsam, sicut hoc nomen homo, humanitatem significat in supposito, alij melius dixerunt, quod hoc nomen, Deus, ex modo significandi habet, vt proprie possit supponere pro persona, sicut & hoc nomen, homo. Quandoque ergo hoc nomen, Deus, supponit pro essentia: vt cum dicitur, Deus creat: & quia hoc predicatum competit subiecto ratione forma significata, quæ est deitas. Quandoque verò supponit personam, vel vnam tantum, vt cum dicitur, Deus generat: vel duas, vt cum dicitur, Deus spirat: vel tres, vt cum dicitur, Regi seculorum immortalis, immutabilis, soli Deo, &c. 1. Timot. 1.

243
181

Ad Primum ergo dicendum, quod hoc nomen, Deus, licet conueniat cum terminis singularibus in hoc, quod forma significata non d multiplicatur: conuenit tamen cum terminis communibus in hoc, quod forma significata inuenitur in pluribus suppositis. Unde non oportet, quod semper supponat pro essentia quam significat.

D. 408

Ad Secundum dicendum, quod obiectio illa procedit contra illos, qui dicebant, quod hoc nomen Deus, non habet naturalem suppositionem pro persona.

Ad Tertium dicendum, quod aliter se habet hoc nomen, Deus, ad supponendum pro persona, & hoc nomen, homo. Quia enim forma significata per hoc nomen, homo, id est, humanitas, realiter diuiditur in diuersis suppositis, per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur, quod determinet ipsum ad personam, quæ est suppositum distinctum. Vnitas autem sine communitate humana natura non est secundum rem: sed solum secundum considerationem.

D. 367.

Vnde iste terminus, homo, non supponit pro natura communi, nisi propter exigentiam alicuius additi: vt cum dicitur, homo est species. Sed forma significata per hoc nomen, Deus, scilicet essentia diuina est vna, & communis secundum rem. Vnde per se supponit pro natura & communi: sed ex adiuncto determinatur eius suppositio ad personam. Vnde, cum dicitur, Deus, generat, ratione actus notionalis supponit hoc nomen, Deus, pro persona patris. Sed cum dicimus, Deus non generat, nihil additur, quod determinet hoc nomen

a

207

ad personam filij: vnde datur intelligi, quod generatio repugnet diuina nature. Sed si addatur aliquid pertinens ad personam filij, vera erit locutio: vt si dicatur, Deus genitus non generat. Vnde etiam non sequitur, est Deus generans, & Deus non generans, nisi ponatur aliquid pertinens ad personas: vt puta si dicamus, pater est Deus generans, & filius est Deus non generans. Et ita non sequitur, quod sint plures dy.

D. 921

quia Pater & Filius sunt vnus Deus, vt dictum est. Ad Quartum dicendum, quod hac est falsa, pater genuit se Deum: quia ly se (cum sit reciprocum) refert idem suppositum. Neque est contrarium quod Augustinus dixit ad Maximinum, quod Deus pater genuit alterum se: quia ly se, vel est casus ablatiui, vt sit sensus, genuit alterum a se: vel facit relationem simplicitatem, & sic refert identitatem nature: sed est impropria vel emphatica locutio: vt sit sensus, genuit alterum similitudinem sibi. Similiter & hac est falsa, genuit alium Deum: quia licet filius sit alius a patre (vt supra dictum est) non tamen est dicendum, quod sit alius

ad. præc.

In ep. ad Maximinum med. cum, quæ est 66. p. 10. ante mediam, 10. 2.

q. 31. a. 2.

Deus, quia intelligeretur quod hoc adiectiuum, alius, poneret rem suam circa substantiam, quod est Deus: & sic significaretur distinctio deitatis. Quidam tamen concedunt istam, genuit alium Deum: ita quod, ly alius, sit substantiuum, & ly Deus, appositiuum construatur cum eo. Sed hic est improprius modus loquendi, & euitandus, ne detur occasio erroris.

Ad Quintum dicendum, quod hac est falsa, Deus genuit Deum, qui est Deus pater: quia cum ly pater, appositiuum construatur cum ly Deus, restringitur ipsum ad standum a persona patris: vt sit sensus, genuit Deum qui

qui

qui est ipse pater & sic pater esset genitus: quod est falsum. Vnde negativa est vera, genuit Deum qui non est Deus pater. Si tamē intelligeretur constructio non esse apposita sed aliquid esse interponendū, tūc conuerso affirmatiua esset vera, & negativa falsa: ut sit sensus, genuit Deum, qui est Deus, qui est pater. Sed hac est extorta expositio. Vnde melius est, quod simpliciter affirmatiua negetur, & negativa concedatur. Praepositius tamen dixit, quid tam negatiua quam affirmatiua est falsa: quia hoc relatiuū, Qui, in affirmatiua potest referre suppositum, sed in negatiua refert & significatiua & suppositū. Vnde sensus affirmatiua est, quod esse Deum patrem, conueniat persone filij. Negatiua verō sensus est, quod esse Deum patrem, non tantum remoueat a persona filij, sed etiam a diuinitate eius. Sed hoc irrationabile videtur, cum secundum Philo. de eodem de quo est affirmatio, possit etiam esse negatio.

Ordo & sensus quaesiti.

PRIOR est nominis significatio quā suppositio: id enim significatur per nomen, quod est eius propria ratio, ad quam significandam est impositum: id verō supponitur quod directē continetur sub ipso nominis formali significato, ut indiuiduum sub natura communi specifica. Constat autem nominis praedicationem ad eius formalem significationem pertinere, secundum quam subiecto attribuitur. Igitur explicato praedicationis modo diuinorum nominum essentialium disserit S. D. de suppositione; & primō in hoc art. quo ad nomina in concreto sumpta, quorum propriē est suppositio: deinde in artic. sequenti de eisdem agit abstractē consideratis, quibus ut sic non conuenit supposito.

Sensum huius quaesiti declarat Sylu. distinguēs duplicem suppositionem scilicet actiuam, de qua loquitur hic S. Tho. & passiuam, quam ipse logicā appellat: sed nimis operosum esset & Theologicā facultati minimē congruēs rationem & modos suppositionum hic explicare. Quod verō necessarium est ad vocem suppositionis intelligendam in eo sensu, quem S. D. intendit in hoc a. supra notauimus q. 29. a. 4. ex D. Th. de pot. q. 9. a. 4.

Forma Textus.

REFERT primō S. Tho. quorundam Scholasticorum opinionem dicentium hoc nomen Deus & similia propriē & secundum suam naturam supponere pro essentia; sed ex addito notionali trahi ad supponendum pro persona. Ratio eorum erat: quia diuina simplicitas postulat, ut in Deo sit idem habens & quod habetur. Aduersus hanc sententiam proponit S. Doct. duas conclusiones, & eodem argumento quo probat primam conclusionem, detegit opinionis praedictae falsitatem.

PRIMA CONCLUS. est: Nomina essentialia in concreto possunt propriē supponere pro personis. Cuius probatio sic potest formari: Omne nomen significans essentiam siue naturam ut in habente potest ex modo significandi propriē supponere pro supposito illius naturae: At hoc nomen Deus, significat diuinam essentiam ut in habente ipsam; ergo hoc nomen Deus, habet ut ex modo significandi possit supponere pro persona. Maior propositio probatur siue declaratur primo in communi: quia in proprietatibus loquutionum attendenda est non tantum res significata, sed etiam modus significandi. Deinde manifestatur in particulari exemplo hominis. Nam

hoc nomen homo, quod naturam humanam significat in concreto, significat eam in supposito, & sic supponit pro persona,

SECUNDA CONCL. Quandoque hoc nomen, Deus, supponit pro essentia, quandoque supponit personam vel unam tantum vel duas vel etiam tres. Manifestatur prima pars exemplo, ut cum dicitur Deus creat. Quod autem hic supponat nomen Deus, pro essentia probatur, quia hoc praedicatum conuenit subiecto ratione formae significatae, quae est deitas. Deinde singulae partes explicantur singulis exemplis, ut patet in textu.

Expositio Textus.

RECIT primō S. D. in corpore opinionem dicentium hoc nomen Deus, & similia secundum suam naturam supponere pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahi ad supponendum pro persona. Deinde in respons. ad 3 reiectam videtur approbare sententiam dicens formam significatam per hoc nomen, Deus, esse unam & communem secundum rem, atque ideo per se supponere pro natura communi, sed ex adiuncto determinari eius suppositionem ad personam. Quae duo dicta Sylu. & post eum Iauellus & Bannes hic in sua prima conclusionem ita conciliant, ut primō S. D. neget in corpore nomina essentialia concreta posse supponere pro essentia diuina in abstracto ex ratione suae significationis: in responsione verō ad tertium affirmet hoc nomen, Deus, secundum se supponere pro natura diuina in concreto. Quamuis autem hac expositio satis litterae consonet, ut apparet ex fundamento opinionis reiectae, quod ex diuina procedit simplicitate requirente, ut in Deo sit idem habens & habitum; & indicat confutatio, nimirum, quod in proprietatibus loquutionum non tantum est attendenda res significata sed etiam modus significandi: ac si dictum sit, licet Deus & deitas ob diuinam simplicitatem sint una res, non tamen sequitur, hoc nomen Deus naturaliter supponere pro deitate; quia in proprietatibus loquutionum non est attendenda solū res significata, sed etiam modus significandi: hoc aut nomen Deus ex modo suae significationis essentia in habente significat; constat aut deitate nō significari ut habente essentia, ac proinde non posse pro ea supponere hoc nomen Deus. Quāuis (inquam) hac expositio satis consonet, planior tū mihi videtur interpretatio Caietani, quae eandem ubique seruat acceptionē essentiae & naturae in concreto; & responsionem sustinet quaesito conformem, quod de concretis tantum proponitur, quod Angelici nostri Doctoris consuetae claritati magis congruit. Ait itaque Caiet. in priori loco sermonem esse de potentia ad supponendum personaliter, dictumque fuisse posse hoc nomen Deus ex modo significandi supponere pro persona: sicut etiam hoc nomen, homo, ut in resp. ad 3. loquitur S. D. de reductione potentiae ad actum, & statuit differentiam inter hoc nomen Deus, & hoc nomen homo, quod hoc nomen Deus, quia significat diuinam essentiam, quae est una secundum rem, per se supponit pro natura communi, id est pro hoc Deo; nec eget aliquo reducete siue trahete ad hanc suppositionem; pro persona verō non supponit actu secundum se, sed per aliquod additum determinatur; ut pro ea supponat puta per notionale vel aliquod simile. Hoc autem nomen homo quod

Proponitur, & soluitur apparenco-traditio verborum D. Th.

Lib. 2. perih. ex c. vi. 10. 4.

quod non significat naturam vnā numero pluribus secundum rem communem, oppositum habet suppositionis modum, vt patet in textu.

Eandem verborum apparentem contrarietatem alijs modis conciliant Torres & Zumel. Porrecta & quidam alij: sed quoniam alias implicat controuersias singulatim tractandas, suis referuntur locis examinandi.

Aliam apparentem contradictionem de communitate humanæ naturæ superius soluimus q. 13. a. 9. quam etiam hic proponit & soluit Porrecta.

PRIMA CONTROVERSA.

De hoc Deo tribus personis communi: An scilicet sit in Deo vna substantia absoluta sine essentiali & tres relatiue.

Sensum quæ-
sit, &
Sententie
Doctorem.

DE HAC q. disputant Expositores supra q. 29. a. 2. & q. 30. a. 1. & in hoc a. & 3. p. q. 3. a. 2. Nos huc eam remisimus, existimantes locum hunc esse præ cæteris magis opportunum, post tot difficultates de relationibus, essentia, & personis vberime disputatas ac definitas. Colligemus autem ea dumtaxat, quæ discipulorum profectui videbuntur vtilia refectis minimè necessarijs.

Nomen sub-
stantie
multiplex.

Oportet autem in primis ambiguum propositæ quæstionis terminum explicare: hic verò est substantia. Cuius nominis duplex est sensus & vsus apud Scholasticos: Nam quandoque habet vim nominis concreti & rem significat substantientem; quo sensu communiter vtuntur hac voce Patres & Concilia inferius adducenda, cum tres in diuinis substantias cõsistentur. Quandoque verò sumitur vox illa substantia vt nomen abstractum: & ita significat rationem substantiendi, sicut existentia rationem existendi. Et quamuis de tribus substantijs relatiuis acceptis pro rebus ipsis substantiis, nimirum personis, nulla sit aut esse possit inter Catholicos disputatio, sed tota sit de ratione substantiendi: magna tamen est inter eos dissensio de substantia absoluta seu essentiali tribus communi, siue sumatur pro re ipsa substante id est, pro hoc Deo, siue accipiatur pro ratione substantiendi. Nam Caiet. hic & supra q. 3. a. 3. & 3. p. q. 3. ar. 2. & alibi sæpè docet in Deo duplicem esse substantiam, id est rationem substantiendi scilicet essentialē & personalem: & consequenter duplex substantens scilicet essentialē vt hic Deus, & personale vt Pater & Filius & Spiritus S. quibus secundum rationem commune est nomē personæ & substantiæ personalis: ita tamen vt non sint quatuor, sed tres res substantes; quamuis tam essentia quam persona quælibet sit secundum seipsam formaliter substantes. Quam sententiam sequuntur Iacobi. hic & supra q. 3. a. 3. Med. 3. par. in dicta q. 3. ar. 2. Ban. supra q. 29. a. 2. & q. 40. ar. 5. & Zumel. q. 29. ar. 2. & disp. 4. & qu. 30. disput. vnica, & super hoc art. quos etiam sequitur Mol. in dicta q. 29. a. 2. disp. 3. & Suar. 3. p. q. 3. ar. 1. disp. 11. & de Trinit. lib. 3. c. 4. Ripa super hoc art. & alij.

Ex ijs verò qui ab hac opinione dissentiunt quidam essentialē tantum Deo tribuunt substantiam, vt Capr. in 1. dist. 26. q. 1. a. 1. concl. 3. & ar. 3. quæ fuit opinio Scoti in 3. dist. 1. qu. 2. & in 1. dist. 7. q. vnica, & in 1. dist. 26. & Dur. in 3. dist. 1. q. 2. & in 1. dist. 26. q. 1. & aliorum anti-

tiqorum, quos refert Vasq. diff. 125. c. 7. Quidam autem tres in Deo relatiue affirmant substantias, essentialē autem negant, vt Sylu. super hoc a. quem sequitur Barth. Spineus eius discipulus in special. q. eius opusculis inserta Val. super hoc ar. & Vasq. supra q. 29. a. 2. disp. 125. & super hoc a. disp. 156. quæ fuit opinio. Alex. Alen. D. Bonau. & aliorum antiquorum Theologorum, quos referunt Zumel. Vasq. & Suar. locis superius allegatis.

IN HAC Contr. supponenda sunt PRIMO quæ diximus supra q. 3. a. cont. vnica, & q. 29. a. 1. 2. & 3. vbi de substante, substantia, supposito & persona plura diximus ad hanc materiam maximè pertinentia.

SECUNDO supponimus cum D. Tho. 3. p. q. 17. a. 2. distinctionem realem in substantijs creatis, in Deo verò fundamentalem siue virtua-lem existentiam & substantiam, vt ibidem explicat Caiet. & in eodem lib. q. 4. a. 2. Quod dixi propter Zum. & quosdam alios, qui prædictos terminos & eorum significata absque legitima ratione confundunt.

TERTIO recolenda est ea distinctio, quam statuit Arist. in 5. Metaph. in cap. de substantia, vbi distinguit substantiam in eam quæ non dicitur de subiecto, quæ est substantia prima & hypostasis, iuxta ea quæ diximus supra q. 29. a. 2. & in eam quæ est quod quid erat esse, cuius ratio est diffinitio: ad quem modum siue membrum pertinet etiam forma, vt significat ibi Philosophus dicens. Tale verò vniū cuiusque forma & species. Cuius rationem reddit S. D. in Commentario ita scribens; Essentia enim & forma in hoc conueniunt, quòd vtrumque dicitur esse illud, quo aliquid est: sed forma refertur ad materiam, quam facit esse in actu, quidditas autem refertur ad suppositum, quod significat vt habens talem essentiam. Hac ibi. Quibus verbis significatur ea differentia inter dicta duo mēbra, quam explicat Cai. 3. p. q. 4. a. 2. dicens, substantiam acceptam pro essentia esse rem cui debetur talis modus essendi, quam circumloquimur per esse per se, hoc est non in alio, sicut accidens est in subiecto; cum tamen possit esse in alio scilicet in substantia prima siue supposito, sicut quo in quod. Substantia verò sumpta pro substantia prima, res est cui debetur talis essendi modus, quem circumloquimur per esse per se separatim, ita vt ei repugnet esse in alio, non solum sicut accidens in subiecto, sed etiam sicut quo in quod siue vt pars aut quasi pars in toto. Quæ differentia coincidit manifestè cum alia, quam idem expositior assignat 3. parte q. 3. art. 2. dicens in hoc differre naturam etiam singularem & substantens in natura, quòd ratio naturæ singularis est pura ratio huius naturæ, sed ratio substantis in natura est ratio habentis naturam. Quòd sub alijs (inquit) verbis dicitur, natura est vt quo, substantens est vt quod. Has itaque duas differentias præclarum expositioris ingenium ex paucis illis verbis D. Th. deduxit. Quas differentias indicat nobis euidenter sacrosactum Incarnationis mysterium, in quo per fidem agnoscimus & confitemur vnā indiuiduam & singularem naturam scilicet humanam esse propria & connaturali personalitate carentem, ob eam tantum causam; quia nulum esse credimus habens humanitatem illam, & esse hunc hominem nisi Dei filium. Quibus si addamus ex fide certum esse assumptæ humanitati nihil deesse nisi propriā substantiam &

Resolutio,
Explicita
ratio sub-
stantie
eius ab-
strahit
a com-
municabili
& incom-
municabili.

Distinctio
substantie
ex Aristotele.

Substantia
pro essentia
quid.

Substantia
prima quid.

pro-

prium in hac humanitate subsistens, sequitur e-
uidenter vnam & eandem esse rationem subsi-
stentis in natura & habentis naturam.

Subsistentia
abstractio.

Ex his praeterea sequitur de ratione subsi-
stentis vt sic & subsistentiae vt substantia est
non esse incommunicabilitatem; sed subsistens
& substantiam secundum se abstrahere à ratio-
ne communicabilis & incommunicabilis. Pro-
batur id sequi, quoniam inuenitur vnum ali-
quod habens naturam, cui scilicet conuenit ef-
se per se, id est non in alio tãquam quo in quod,
ac proinde subsistens, quod tamen est pluri-
bus communicabile; ergo subsistens vt sic ab-
strahit à communicabili & incommunicabili.

Differentia
subsistentiae in
Deo, & crea-
turis.

Consequenter patet ex ratione subsistentis supe-
rius explicata. Antecedens probatur ex diffe-
rentia inter Deum & creatas subsistentias; quod
in creatis substantijs vno dumtaxat modo re-
peritur habens naturam scilicet vt hypostasis
siue suppositum vel prima substantia. Cuius ra-
tio est; quoniam in creaturis non differt indi-
uorum naturae, puta hic homo ab hypostasi, puta
Socrate; at in Deo duplex consideratur habens
naturam scil. hic Deus communis patri filio &
spiritui sancto, & hypostasis siue persona scilicet
pater filius & spiritus sanctus, quorum qui-
libet subsistit incommunicabiliter; igitur in
Deo duplex inuenitur in natura subsistens scilicet
communicabiliter vt hic Deus, & incommu-
nicabiliter vt pater filius & spiritus sanctus;
ac proinde duplex est ratio subsistendi; nã sub-
sistit essentialiter hic Deus sua deitate formaliter,
Pater autem sua paternitate formaliter, &
filius filiatione, & spiritus S. processione sub-
sistit personaliter; quamuis hic Deus & deitas sit
idem realiter cum qualibet diuina persona & e-
ius proprietate personali; atq; ideo non sit ali-
ud realiter hic Deus essentialiter subsistens à
tribus personaliter subsistentibus, sicut nec est
realiter distincta deitas, quae ratio est essentia-
liter subsistendi, à tribus rationibus personaliter
subsistenti. Radix autem praedictae diffe-
rentiae inter Deum & creatas substantias est in-
finita perfectio diuinæ naturae, cui per se pri-
mo conuenit subsistentia, & ex ea veluti ex pri-
mo fonte ac ima radice ad tria supposita de-
riuat; naturae verò creatae nulla conuenit sub-
sistentia nisi ratione suppositi: igitur subsisten-
tia & subsistens vt sic abstracta communicabi-
li & incommunicabili.

Subsistentia
essentialis
Dei conue-
nit proba-
tur multis
argumentis
Primario.

Iam verò quarto loco probandum est vtram-
que Deo conuenire subsistentiam; & primò ef-
fentialem deinde personalem. Potissimum autem
huius veritatis argumentum illud est, quod ex
ipsa sumitur diuinitatis essentia, quae est ipsum
esse subsistens, vt saepe docet S. Tho. sed præ-
sertim supra q. 4. art. 2. & q. 13. art. 11. vbi ait cum
Damasceno hoc nomen *qui est*, totum quod in
Deo est in seipso comprehendere, veluti quod-
dam pelagus substantiae infinitum & indeter-
minatum. Constat autem hoc nomen, *qui est*,
significare substantiam habentem esse ac per
hoc subsistentem. Ex quibus sic argumentor.
Deus est essentialiter ipsum esse subsistens: igitur
in Deo est subsistentia essentialis. Antec. proba-
tur; quoniam ex hoc, quod Deus est ipsum esse
subsistens, rectè deducitur in Deo & à Deo esse
rerum omnium perfectiones; sicut si albedo
vel humanitas esset subsistens, omnem suae speci-
ei possibilem perfectionem contineret, & sui
participatione causaret, vt existimasse dicitur
Plato Est igitur in Deo subsistentia essen-
tialis ex vi ac propria & intima ratione deita-

tis, cui ex infinitate simpliciter conuenit, vt sit
ipsum esse subsistens, & vt sit *qui est*. Quod eui-
dentiùs S. Th. expressit de potent. q. 9. a. 3. ad 13. i-
ta loquens: *In rebus creatis principia indiuiduantia
duo habent, quorum vnum est, quod sunt principium
subsistendi; natura enim communis de se non sub-
sistit, nisi in singularibus: aliud est, quod per prin-
cipia indiuiduantia supposita natura communis ad
inuicem distinguuntur: in diuinis autem proprietates
personales hoc solum habent, quod supposita diuinæ
naturae ab inuicem distinguuntur, non autem sunt
principium subsistendi diuinæ essentiae: ipsa enim diui-
na essentia est secundum se subsistens, sed conuer-
sò proprietates personales habent, quod subsistant
ab essentia: ex eo enim paternitas habet, quod sit
res subsistens; quia essentia diuina, cui est idem se-
cundum rem, est res subsistens.* Hæc ibi D. S.
Quem locum explicat Cai. infra q. 40. a. 4. Igi-
tur subsistentia per se primò conueniens Deo
est essentialis, qua Deus vt Deus est in seipso
subsistit; & ex ea deriuatur ad hypostases sub-
sistentiae personales, quibus formaliter vnaqueq;
persona subsistit, sicut essentiali subsistentia De-
i in seipso subsistit. Ex quo patet falsò dixisse
Vasq. diff. 125. cap. 1. D. Th. vbique loqui de
actu existentiae, nusquam autem de subsisten-
tia absoluta. Eandem in Deo subsistentiam ef-
fentialem luculenter expressit D. Aug. libr. 7. de
Trinit. cap. quarto vbi probat vnam esse in Deo
tantum essentialem & absolutam subsistentiam.
Eius verba sunt; *Nam si hoc est Deo esse quod sub-
sistere, ita non erant dicenda tres substantiae, vt non
dicatur tres essentiae. Et concludens ait: Sicut enim
ab eo, quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod
est subsistere, substantiam dicimus; absurdum enim
est, vt substantia relatiuè dicatur: omnis enim res ad
seipsam subsistit quanto magis Deus? Quod idem
non obscure significat D. Hieronymus in epi-
stola 57. ad Damasum: ita scribens: Vna est Dei & sola
natura qua verè est: id enim quod subsistit, non habet
aliunde, sed suum est.*

Vasq. im-
possibile ad-
iungitur.

Ad hæc duo testimonia respondet Vasq. & Vasquesij
primò dicit, nullum esse ex Sanctis Patribus respon-
tam Latinis, quàm Græcis, qui post compo-
sitam litem de vna vel triplici subsistentia confi-
tenda concedat in Deo absolutam aliquam sub-
sistentiam. Hæc autem & Aug. qui eam cõcesse-
runt, non satis intellexisse significationem no-
minis *Hypostasis* quæ postea communi consensu
etiam in Ecclesia Latina recepta fuit. Nec dubi-
tandum esse Scholasticos, qui hoc nostro tem-
pore ob testimonium Hieronymi & Augusti-
ni concedunt in Deo subsistentiam communem
& absolutam, ignorance vocis lapsos fuisse:
mirandumque esse id eos ignorasse, quod ab
Ecclesia tam Græca quam Latina iam diu sine
controversia receptum erat, nempe subsisten-
tiam idem esse quod suppositum & personam.
Quod autem Hierony. & Augustinus hoc ig-
norauerint, mirum non esse, quia nondum vis
nominis Græci apud Græcos ipsos satis nota e-
rat. Deinde ad verba D. Augustini respondens ait
ea nullius esse momenti pro nostra sententia.
Primò quia D. August. vnam solam admittit
in Deo subsistentiam: nos præter communem
illam absolutam tres volumus esse relatiuas.
Secundò quia D. Augustinus nunquam vñs est
nomine subsistentiae, sed nomen hypostasis
semper interpretatus est nomine substantiae;
igitur cum probat Deum ad se subsistere non
relatè, solum loquitur de actu subsistentiae,
quem possumus existentiam substantialem ap-
pellare, non de subsistentia, nec concre-
te, nec

E

nec abstractè, de qua est nobis nunc controuersia. Tertiò quia suspectum habuit Augustinus nomen hypostasis, & nunquam vertit substantiam sed substantiam. *Ad verba verò Dni Hieronymi* respondet primò eodem modo quo ad verba Dni Augustini. Secundò ait D. Hieronym. hoc tantum voluisse significare, videlicet diuinam essentiam verè subsistere à se & non ab alio: sicut creaturæ quæ ab alio pendunt vt à causâ; in quo sensu interpretatur etiam verba D. Greg. Nys. dicentis in libro de vita Moysis, Deum esse quod verè est & quod natura sua est; & præter supremam essentiam nihil verè subsistere, quia per se & per naturâ suam nil aliud subsistit. *Sed hæc* præterquam quòd videntur liberè nimis & audacter effusa, Sanctorum quorum verba retulimus mentem non attingūt. Nam cū nomen hypostasis apud Græcos cui apud Latinos respondet nomē substantiæ, sit ambiguum, ita vt quandoque significet essentiam & quandoq; suppositum, vt diligenter annotauit Valsq. in 124. cont. quamuis iam vsu frequenti receptum sit, vt tres in Deo & non vnâ tm cōfiteamur hypostasim, eo quòd hæc vox ad substantiam incommunicabilem significandam sit accommodata: nihilominus apud Latinos non solum nomen substantiæ, sed etiam substantiæ remanet ambiguum ad substantiam, siue subsistens communicabile & incommunicabile. Cum enim prædicti Patres viderint diligenter acta Conciliorum duobus ante sæculis celebratorum, nunquam vnica asservissent substantiam absolutam, nisi substantiæ nomen apud Latinos remansisset ambiguum. Porro D. Hieron. peritissimum fuisse linguæ Græcæ constat ex correctione noui testamenti per eum facta, de qua sic loquitur: Nouum testamentum Græcæ fidei reddidi: Quare licet tres simpliciter in Deo confiteamur substantias cū quinta & sexta Synodo generali; vnâ tamen Catholicè dicimus essentialem & tribus communem in Deo substantiam. Quod sæpè docuit S. D. & alij graues & antiqui Scholastici, quos recensent Zum. Suar. & Valsq.

Quod autem ait D. Aug. vnâ in Deo solam substantiam & eam absolutam admittere, & eum nunquam vsu fuisse nomine substantiæ, sed tantum nomine substantiæ, in quod vertebat nomen hypostasis, nihil officit. Nam primò nomen substantiæ apud Augustinum idem significat quod nomen substantiæ; ait enim ab eo quod est subsistere substantiam dici. Et quemadmodum ob erroris periculum negabat tres in Deo substantias, sic ob eandem causam tres non affirmauit in Deo substantias. Et præterea circa fin. illius capit. ita loquitur Aug. de Patre & Filio: Non est corporaliū ista conditio, vt insint sibi inuicem, & substantiæ naturæ habeant perfectam vnitatem: & paulò inferius. Inesse autem non aliud in alio vt corpus in corpore, sed ita esse, ac subsistere vt in subsistente insit, ita verò inesse, vt & ipsa subsistat. Vtitur igitur Augustinus vtroque nomine: scilicet substantiæ & subsistentis.

Denique D. Hieron. & Nis. manifestè loquuntur in sensu diuinæ scripturæ Exodi 3. vbi de se ipso loquens Deus ait ad Moysen: Ego sum, qui sum, sic dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos: quibus absolutissimam & perfectissimam substantiam sibi formaliter & essentialiter conuenientem aptissimis vocibus Deus exprefit.

Secundum argumentum pro eadem veritate ex

A infinita diuinitatis perfectione desumitur hoc modo. Diuina essentia siue deitas quæ est ipsum esse subsistens, est simpliciter infinita omnem intrinsecè claudens perfectionem simpliciter. At substantia seclusa incommunicabilitate est perfectio simpliciter; ergo intrinsecè clauditur in essentia diuina; igitur essentia diuina secundum se conuenit substantia, non quidem incommunicabilis, sed trib. personis ac personabilibus subsistentijs communis. Maior patet ex a. 2. q. 4. vbi ex hoc, quòd Deus est ipsum esse subsistens, probatur in Deo contineri omnem essendi modum & perfectionem. Constat autè perfectiones simpliciter in Deo formaliter & non virtualiter tantum cōtineri, vt ibi annotauimus. Certum est etiam eas essentia primò & per essentiam in personis intimè clausam illis conuenire: igitur essentia diuina nullam perfectionem simpliciter aut eius complementum mendicat (vt ita dixerim) à personis, sed è contra quælibet vna numero perfectio simpliciter ab essentia vt à prima radice deriuatur. Minor autem probatur. Primò ex A. D. supra q. 29. a. 3. dicente, id quod perfectissimum est in natura rationali esse subsistens: ex quo deducebat nomen personæ, quod significat subsistens in rationali natura esse Deo attribuendum, eo quòd eius essentia continet in se omnem perfectionem. Quem discursum ibid. explicauimus cum Cai. Secundò probatur eadem minor; quia Deus vt Deus est substantia non incompleta siue imperfecta, & quali habens rationem quo; ergo perfecta & habens rationem quòd; id autem ex quo formaliter substantia dicitur habere rationem quod, est substantia; ergo substantia est perfectio simpliciter Deo conueniens.

Vt autem euidentius eluceat efficacia huius argumēti, considerandum est personæ diuinæ conuenire substantiam cum incommunicabilitate; quorum primum, scilicet substantia, maximam dicit perfectionem & ad essendi complementum pertinet: ac proinde secundum se siue absolute sumpta substantia ad essentiam pertinet, sicut & reliquæ perfectiones simpliciter: secundum autem scilicet incommunicabilitas, secundum quam hæc hypostasis ab alia distinguitur, non est formaliter aut simpliciter perfectio, quamuis insit necessariò personæ veluti conditio, vt sit in Deo Trinitas suppositorum, quæ ad perfectionem infinitam pertinet deitatis modo superius explicato questione 28. articulo secundo. Prouenit autem incommunicabilitas in rebus creatis à limitatione, indiuiinis autem ex oppositione relatiua.

Sed prædicta nititur Valsq. noua quadam exco-
gitata doctrina conuellere; ait enim primò necessarium quidem esse concedere indiuiduum concretum deitatis, quod intelligatur prius esse personis, non tamen vt absolutè subsistens, quod indiuiduum non potest includere aut connotare personas in singulari. Alioquin nec tres dicerentur vnus Deus, nec communis esset Deus tribus personis: id enim (inquit) quod in suo conceptu connotat tria hæc supposita speciatim, non potest esse commune tribus & vnicuique conuenire: connotat igitur vniuersè hanc vel illam personam. Cum itaq; pronomen demonstratiuum non demonstrat connotatum sed directum significatum, consequens est vt dicatur hic homo, non quia sit in hoc supposito, sed quia sit hæc natura in se vel alio supposito. Et hoc modo dicimus hunc numero Deum, demonstrantes naturam non personas, id est

Valsq. quæst. respon. ad prædicta & confusa tenent.

Confut.

1.

E

g. ralis.

id est hanc vel illam personam singularem, sed A personam in vniuersum. Quo sit (inquit) vt cōcretum deitatis sit prius cognitione nostra quā personae eo genere prioritatis quo vniuersale, vt animal, dicitur esse prius particulari scilicet homine; Et quia nomen dicitur singulare ex directo significato, non ex connotato, idē licet connotatum sit commune, nomen tñ *Deus* aut nomen *hic Deus* aut *hic homo* singulare est. Ex quo infert eodem modo dari indiuiduū humanitatis vel cuiusque naturae, quod in cogitatione nostra sit prius personis; quia concreta aliarum naturarum eodem modo significatur cum cōnotatione suppositi, non in singulari, sed in communi, sicut concretum deitatis. Et ita (inquit) si vna humanitas à tribus personis assummeretur, eodem prorsus modo demonstraretur concretum humanitatis, & diceremus hunc hominem non offensa hac vel illa persona singulari, sicut ostendimus concretum deitatis non demonstrata persona singulari. Ex his arbitrat^r Valsq. ea, quae primo loco iecimus ex D. Tho. & Caietano, fundamenta subuertere: cum tamen haec eius noua doctrina sit manifestē falsa, & directē pugnet cum textu huius articuli in responsis. ad 3. vbi S. D. statuit differentiam inter hoc nomen *Deus*, & hoc nomen, *homo*, quo ad supponere pro persona, desumptam ex diuersa ratione & modo cōmunitatis vtriusque naturae, diuinæ scilicet & humanæ: eo quod vnitās seu cōmunitas humanæ naturae non sit secundum rem, sed tantum secundum considerationem: essentia verō diuina sit vna & communis secundum rem: igitur non est eadem sed longē diuersa ratio horum duorum nominum, scilicet homo & *Deus* in significando, connotando & supponendo, vt hic etiam affirmat S. D. in c. & ad 3. Quare dicendo hic homo non solum connotatur sed etiam significatur determinatum suppositum: hic verō *Deus* solum significat diuinam naturam subsistentem.

Ad rationem autem secundo loco adductam, cui etiam nitebatur Durandus, respondet Valsq. & duo dicit. Primum est subsistentiam incommunicabilem esse perfectionem simpliciter; quia melius est subsistere incommunicabiliter, quā non subsistere; & eadem ratione subsistere paternitate & filiatione esse perfectionem simpliciter. Secundum est, infinitatem essentiae diuinæ in eo positam esse, vt non sit ab aliqua causa, non autem in eo vt infinitae perfectiones distinctae, aut omnis perfectio tam personalis quā essentialis formaliter ei conueniat ratione ipsius; nam ratione ipsius solum conuenit ei perfectio essentialis, non autem hypostatica, quae est subsistentia. Differt igitur (inquit) essentia diuina à creatura, quia diuina natura nō subsistit aliquo ab ea realiter distincto, sed sola relatione quae id cum ea est ex natura rei: at natura creata semper subsistit adiuncta sibi personalitate realiter distincta, quam tamen non includit intrinsecē in suo conceptu. Et eodem ferē modo Val. respondet ad argumenta, quae sibi proponit pro sententia Caiet. Sed in primis supra q. 28. a. 2. cumulatē probauimus relationem, qua formaliter subsistentia & persona redditur incommunicabilis, non esse perfectionem simpliciter. Deinde superius ostendimus subsistentiam ex sui ratione abstrahere à communicabili & incommunicabili, & consequenter à personali & essentiali: quod euidentius ostendunt responsiones ad argumenta. Denique cū fateatur expostores predicti diuinam essentiam

Naz. in 1. part. D. Th. tom. 2.

prout à relationibus & personis distinguitur actu, & formaliter continere oēs perfectiones, quae reipsa communes sunt, & essentiam consequuntur: & ex his perfectionibus praecipua sit essentialis subsistentia, vt perspicue declarant, quae hucusque diximus: consequens est talem Deo subsistentiam esse tribuendam, cui quia nihil deest ad completam rationem personae, nisi incommunicabilitas, idcirco nuncupatur à Cai. hic *Deus* ita subsistens persona incompleta, id est res, cui congruunt omnes personae conditiones praeter vltimam, quae personae ratione complet. Qui dicendi modus, etsi quo ad ipsam verborum formā non habeat in scripturis, Concilijs aut Patribus testimonium, nec sit in vsum deducendus, aptissimus tamen est ad exprimendam vtcunq; tam singularem diuinam naturae perfectionem: atq; idē debuerunt Volen. praedictus & Valsq. ac alij recentiores ab aciori censura temperare. Neque verum est, quod Caiet. imponit Valsq. eum vnquam appellasse illud essentialē subsistens, scilicet hunc Deum, semipersonam & semisuppositum.

Postremo solet ad nostrae sententiae confirmationem produci testimonium Agathonis Papae in ep. quae habetur in 6. Syn. act. 4. cuius verba sunt: *Constituimus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, non tres Deos, sed vnum Deum, nō triū nominum subsistentiam, sed triū subsistentiarum vnam subsistentiam.* Fuit autem haec Epistola non solius Agathonis, sed etiam totius Concilij nomine à Latinis, ac proinde vt arbitramur Latine cōscripta, & cōsequenter iuxta sermonis Latini proprietatē accipienda hic est subsistentia, prout ab essentia distinguitur vt eius modus & cōplementum. Nec obstat, quod in editione Conciliorum postrema per Surium facta legamus, nō vnam subsistentiam, sed vnam substantiam: quia vetustioribus codicibus, in quibus legimus vnam subsistentiam, maior est adhibenda fides; Nam quod ait Valsquez non esse credibile in tam paucis verbis eadem voce vsum fuisse Agathonē in sensu tā diuerso, inane est, cum in vtroq; sensu, non solum apud Latinos, sed etiam apud Graecos, vox illa, *subsistentia*, esset in vfu, vt patet ex verbis Augustini, Hieron. Naz. & aliorum, quos referunt Zumel. & Suar. quibus non plenē videtur mihi Valsq. satisfacere. Nec difficile est ex subiecta materia & terminorum connexione, variam eiusdem termini in eadem periodo repetiti significationē concipere. Deinde si legamus personarum loco subsistentiarum, vt alij codices habent, non erit diuersa, sed eadem bis repetita vocis significatio.

Quinto videndum est: an huic Deo ratio congruat indiuidui & singularis; neutrum etenim dictorum nominum de hoc vno numero Deo praedicari contendit pluribus argumentis Bartholomaeus Spina, quem latenti vocum arbitror aequiuocatione ab eo minimē considerata deceptum. Ad cuius euidentiam scito his vocibus, videlicet singulare, vnum numero & indiuiduum, idem omnino significari. Nam vt ait Arist. in 3. Metaph. c. 14. *Singulare exponimus, quod numero est vnum: vniuersale autem quod in his.* Indiuiduum autem manifestē dicitur per negationē diuisionis in plura, non quaecunq; aut quocūque; sed quae plura sint & dici possint secundum illam eandem rationem, qua constituitur illud vnum, quod dicitur indiuiduum, quod est non esse multis communicabile tanquam superius inferioribus sibi subiectis. Exemplis res fiet perspicua: homo non est singulare, aut indi-

Cur Cai. dicat hunc Deum esse personam incompletam.

Valsq. impossura dicitur.

Valsq. resp. confutata.

Probatum de singularem sumptio conuenire rationem indiuidui & singularis.

Confut.

diuiduum, quia secundum eam rationem, qua constituitur in esse hominis, & in propria unitate specifica communicabilis est Socrati, Platoni & Petro tanquam superius suis inferioribus, adeo ut Socrates, Plato & Petrus, sint plures homines sub homine positi, ut inferiora quadam sub suo superiori naturam illius habentia secundum eius propriam rationem, & unitatem, sed numerali tamen diuisione multiplicatam. Quod idem dicendum est, de humanitate sic abstracte concepta. Socrates autem singularis quoddam est & indiuiduum; quia secundum eam rationem, qua constituitur in esse Socratis, & secundum suam unitatem numeralem, non est pluribus, ut inferioribus sibi subiectis communicabilis, ut scilicet sint plures Socrates eadem indiuiduali proprietate & unitate gaudentes; id enim manifestam inuoluit repugnantiam. Et eadem ratione humanitas haec, indiuiduum & singulare quoddam est eodem modo incommunicabile. Nam etsi pluribus possit per assumptionem diuinis suppositis communicari, non per hoc tamen desinit esse singularis & indiuidua, cum assumpta retineat illam unam numero, qua constituitur & à ceteris omnibus humanitatibus distinguitur, indiuidualem proprietatem.

*Singulare
quid sit.*

Illud est itaque singulare & indiuiduum, quod est unum numero, & ea ratione, qua unum est non est pluribus communicabile tanquam inferioribus sibi subiectis. Quo fit, ut illud omne cui conuenit in rerum natura subsistere, aut etiam existeret quocunque modo, sit vere ac proprie singulare & indiuiduum, siue sit substantia siue accidens, siue sit totum siue pars, ut affirmat expressè S. Th. 3. p. q. 2. a. 2. ad 3. & 3. dist. 6. q. 1. a. 1. habent. n. haec singula suas indiuiduales proprietates, quibus non solum ab alijs, siue totis siue partibus distinguantur, sed etiam in seipsis diuidi minime possunt; Haec enim manus indiuisibilis est in seipsa, ut plures nequeant esse manus, quae sint haec una manus; id enim implicat contradictionem, ut ante diximus.

Cum itaque Deus hic unus numero multiplicari non possit, ut sint plures Dij, qui sint hic unus numero Deus, ob dictam causam; quia videlicet implicat repugnantiam, sequitur Deum hunc esse singulare quoddam & indiuiduum. Quod disertis verbis expressit A. D. supra quest. 13. ar. 9. ubi determinat nomen Dei esse incommunicabile pluribus secundum rem, eo quod significat formam subsistentem & per seipsam indiuiduatam. Et in fine corporis ita loquitur. Si verò esset aliquod nomen impositum, ad significandum Deum, non ex parte naturae, sed ex parte suppositi, secundum quod consideratur ut hoc aliquid, illud nomen esset omnibus modis incommunicabile (scilicet secundum rem, & secundum rationem) sicut forte est nomen Tetragrammaton apud Hebraeos: & est simile, si quis poneret nomen Soli significans hoc indiuiduum. Haec ibi D. Thomas. Ex quibus duo maxime fauent sententia nostra: primum quod affirmat hoc nomen Deus, esse nomen indiuidui; secundum quod affirmat in Deo essentialiter sumpto (sic enim ibi de Deo loquitur) considerari, & esse rationem suppositi significatam nomine quadrilittero; Adonai siue Ieo-ua; certum est autem in Deo essentialiter sumpto non esse perfectam, & completam rationem absoluti suppositi. Sumit igitur ibi S. D. suppositum pro subsistente; quia nonnullam quamuis incompletam habet rationem hypo-

stasis: est enim hic Deus subsistens, ut indiuiduum intellectualis naturae, quibus omnibus & solis conditionibus persona constituitur; sed quoniam secunda conditio, videlicet indiuiduum, prout dicitur de hoc Deo, non dicit perfectam, id est secundum omnem modum, incommunicabilitatem: idcirco Cai. ad unicum illi indiuidui modum, quasi nouè cognitum, nouum adaptauit vocabulum personam illud incompletam appellans.

Nec tamen sequitur, lapidem, equum aut asinum ob defectum vnus conditionis, scilicet rationalis naturae, dici posse personam incompletam, ut deducit praedictus author; cum lapidi aut asino, nulla ratione congruat rationalis natura: huic autem Deo congruat intellectualis natura, & non desit omnis ratio incommunicabilitatis, sed una tantum, & reliquae conditiones adsint absolutissime. Quamuis enim hoc indiuiduum siue singulare, quod est Deus, tribus suppositis sit commune, non tamen diuiditur in eis natura diuina, sed numeralem retinet unitatem. Nec ad tria supposita comparatur hic Deus aut eis communicatur, ut superius ad inferiora subiecta, quibus sit commune secundum rationem; alioquin esset vniuersale, quod negat S. D. & omnis Theologorum Schola communiter: sed eis communicatur, ut commune sibi rem, & ut natura primo subsistens suis suppositis per eam subsistentibus. Quodlibet autem diuinum suppositum singulare est, & indiuiduum: non ea ratione tantum, quod pluribus non possit eiusdem rationis & unitatis suppositis communicari, ut exempli gratia, persona Patris pluribus patribus, qui sint idem numero Pater, siue eadem persona patris; sed quod non possit pluribus quomodo uque subsistentibus, siue suppositis communicari. Quo fit, ut pater nedom sit indiuiduum & singulare, sed etiam suppositum & persona; quia nimirum simpliciter, i. omnibus modis est incommunicabilis. Duplicis ergo rationis indiuiduum est in diuinis. Vnum ut hic Deus secundum unam tantam dictam rationem incommunicabile. Alterum ut haec persona puta pater aut filius aut Spiritus S. omnibus modis incommunicabile. Primum deitate constituitur, quae hoc ipso, quod forma est per se subsistens à materia separata, una numero est & singularis, sicut Gabriel, ut affirmat A. D. supra qu. 3. a. 3. ita, ut ipsa forma sic abstracta virtutem habeat principiorum omnium indiuiduantium. Secundum autem proprietate relatiua, puta paternitate constituitur in esse personali simpliciter incommunicabili. Alia est igitur incommunicabilitas, quae complet rationem suppositi, siue personae, ab ea, quae diuinæ naturae conuenit subsistenti: quae licet non sufficiat ad hypostasim, aut personam, sufficit tamen ad indiuiduum, siue singulare constituendum.

Sed ait Spina substantiam quidem omnem abstractam indiuiduari per immunitatem à materia, & consequenter per seipsam, non tamen omnem sub una & eadem ratione: sed substantia creatam sub ratione absoluta, increatam verò sub ratione relatiua; Et cum relationes in Deo idem sint realiter quod essentia, afirmando essentiam per relationes indiuiduari, dicitur eam realiter indiuiduari seipsa. Nec in (inquit) propter hoc dicitur deitas indiuiduari, aut distinguui relationibus, sed hic Deus & deitas indiuiduatur tribus relationibus in tribus personis, ut alius sit Deus pater à Deo filio, non in deitate sed in relatione. Sed non effugit hic author vim argumēti su-

*Obi. Spina
distinguitur.*

Resp. Spina

confut.

su-

superius tacti ex abstractione & subsistentia per se primo diuinæ naturæ conueniente, & per eam personis; est enim, ut ait S. Th. *de pot. q. 8. a. 3.* Deus per suam essentiam aliquid in se indiuisum, & ab omnibus quæ non sunt Deus distinctum. Et quamuis sit tribus communis, ea communitas non est rationis, sed rei vnius numero tribus communicatæ, atque ideo prius nostro modo intelligendi, in re fundamentum habente, est in se Deus vnus numero & singularis, quàm sit Pater & Filius & Spiritus S. sicut vniuersaliter essentialia priora sunt personalibus. Cum itaque hoc indiuiduum absolutum sit primò subsistens, nec ponatur à nobis nisi ratione distinctum à tribus indiuiduis personarum; sicut nec aliam realiter ponimus eius subsistentiam à relatiuis hypostasum subsistentijs, sed dumtaxat ratione distinctam: nullo colore deduci potest ex nostra, quæ est Cai. sententia, hunc Deum esse indiuiduum præter tres personas: aut esse in Deo quaternitatem personarum aut subsistentiarum; Neque conceptio nostra Deum ut singularem & indiuiduum apprehendens illum abstrahit à personis & relationibus, ut persona remaneat absoluta, qualem in Deo iudicat esse Gentiles & Hebræi, ut affirmat Spina prædictus. Aliud est enim abstrahere subsistens absolutum à relationibus personalibus, & aliud in Deo vno in essentia, & trino personis considerare duplicem rationem subsistendi, scilicet absolutam maximè vnam illi meritò essentia congruentem, & relatiuam in tribus oppositione distinctam; sicut enim nulla propriè sit abstractio, sed infinita Dei perfectionem in subsistendo, diuersis conceptionibus contemplatur: Sicut etiam Deum intelligimus sapientem, volentem & omnipotentem absq; vlla abstractione saltem præcisiua à personis; alioquin cum attributū aliquod de Deo prædicamus, fieret semper abstractio à personalibus præcisiua, quod neque verum est, neque quisquam ex Metaphysicis aut Theologis id hucusque dixit; Nec vis aut modus prædicationis id requirit, sed magis oppositum: vim enim & modum habet concretium & vnitium prædicatio, non verò diuisium & abstractiui ab alijs eidem subiecto naturaliter & per se congruentibus.

Tres in Deo esse incommunicabiles subsistentes, & rationes subsistendi.

SED IAM de triplici relatiua seu personali subsistentia abstractè sumpta, (nam de ea concretè sumpta nulla potest inter Catholicos esse controuersia) quæ huic loco necessaria sunt, breuiter annotemus.

Considerandum est igitur sextò personalitatem siue creatam siue increatam terminum esse naturæ personatæ; ac proinde tres diuinas personalitates esse tres diuinæ naturæ terminos; longè tamen diuersa ratione, quàm sit quæuis creata personalitas propriæ naturæ terminus. Nā hæc non clauditur intimè in ratione naturæ terminatæ, personalitates verò diuinæ includuntur intimè in ratione diuinæ naturæ, prout in se est & prout etiam à nobis integra & perfecta conceptione percipitur. Deinde non ita tribus comunicatur & terminatur relationibus siue proprietatibus personalibus, ut ab eis in subsistendo depeceat, ut eis per se primò subsistat; sicut natura quolibet creata sua propria vel aliena subsistentia terminatur, ut ea formaliter & simpliciter in esse subsistendi constituitur; cū seipsa primò perfecte & absolute subsistat diuina natura, & proprietatibus ipsis personalibus conferat subsistentiam. Quamobrem existimandum est vnicā essentialē subsistentiam tribus proprietatibus

A relatiuis. scilicet paternitati, filiationi & processioni ita communicari, ut in eis intimè claudatur ac per eas modo nostro intelligendi modificetur: & iuxta distinctionem earum & pluralitatem distinctæ, pluresque resulent subsistentiæ personales. Igitur essentialis subsistentia, prout includitur in paternitate & per eā modificatur & determinatur, est ipsa personalis subsistentia patris formaliter; & eadem ratione, prout intimè clauditur in filiatione & per eam modificatur, est personalis subsistentia filij. Cum autē prædicti sint modi relatiui, nullam essentiali subsistentiæ perfectionem adiungunt, sed è contrariò proprietatum omnis perfectio ab essentiali clausa subsistentia deriuatur.

B Nec tamen sequitur eodē modo diuinā distinctiui aut plurificari naturam, quæ in singulis proprietatibus personalibus intimè clauditur, ut dici debeat tres essentia siue naturæ personales, & vna tñ essentialis. Nam subsistentia, quatenus subsistentia est, per se pertinet ad rationem hypostasis siue personæ, quæ nihil aliud est, quàm rationalis naturæ incommunicabilis existentia. i. subsistentia, ut ait Richar. essentia verò, ut essentia est, quamuis claudatur in ratione personæ, ad solam tamē attinet communem personæ speciem. Ex quo sequitur alia differentia; videlicet essentia semper vna remaneat, neque vnquam distinguatur multipliciter aut pluraliter dicatur, nisi per accidens. scilicet propter ipsius naturæ imperfectionem, quæ in totam sui perfectionem, non participatur in singulis, quibus communicatur suppositis: subsistentia verò iuxta suppositorum numerū dicatur pluraliter; non. n. modificatur essentia diuina proprietatibus personalibus ob dictā causam, sed indiuisa remanet; subsistentia verò essentialis ex sui propria ratione vna manens & eadem, modificatur ut diximus, & determinatur per hypostaticas proprietates, ut sit hæc, & illa subsistentia personalis. Secundo & fortasse melius dici potest nomē essentia in diuinis non esse multiplex: sicut nomen subsistentia, quod est ambiguum ad subsistentiam essentialē & personalem. Quo fit ut essentiali subsistentia tribus proprietatibus coniuncta, resulent tres subsistentiæ personales, ita ut vox illa complexa subsistentia personalis non significet subsistentiam essentialē cum proprietate determinatē, sed ponatur loco vocis simplicis, quæ idem significaret quod supposititas vel personalitas. Quemadmodum autem relatio puta Paternitas, ut dicit simul ad & in, id est, essentiam & relationem, constituit personam patris; ita eadem paternitas, ut dicit subsistentiā paternitate quasi contractam siue determinatam personam patris siue patrē subsistentem constituit. Cum etenim in Deo nihil sit ut accidens in subiecto, quidquid in rebus creatis habet esse accidentale, cum in Deum transfertur, habet esse substantiale, ut ait S. D.

Satisfit obiectioni sacrae

suprà q. 28. a. 2. loquens de diuinis relationibus; igitur diuina relatio sicut intimè claudit essentiam, ita & substantiam ac essentialē subsistentiā: atque ideo sicut affirmat S. Th. *de pot. q. 8. a. 3. ad 7.* relationes constituere diuinas hypostasies, quatenus sunt essentia diuina, sic etiam in frā q. 40. a. 2. ait, quod si relatio sit subsistens non præsupponit, sed secum fert distinctionem: Et in a. 3. eiusdem q. ita loquitur Paternitate pater non solum est pater, sed est persona, & est quis, siue hypostasis; quia. scilicet paternitas ut includens intimè subsistentiam, constituit personā patris. Nec tamē sequitur essentialē tantum esse patris subsistentiam; Nam quemadmodum paternitas ut in-

cludens simul ad & in, id est respectum & essentiam, ratione differt ab essentia, sicut animal rationale siue homo ab animali: ita eadē paternitas vt simul includens respectum ad filium & essentialē subsistentiam, ratione differt ab essentiali subsistentia, & est personalis subsistentia, i. personalitas patris; quā vt subsistentia est dicit perfectionē simpliciter, vt patris autē abstrahit à perfectione & imperfectione: sic. n. dicit relationis respectum, qui neq; perfectio est, neque imperfectio: & vniuersaliter subsistentia incommunicabilis vt sic nullam dicit perfectionem, & ideo multiplicatur, sicut relatio.

Duas esse in qualibet personae subsistentias, scilicet essentialem & personalem.

Ex dictis sequitur primò in vnaquaque diuina persona duplicem esse subsistentiam ratione distinctam, scilicet essentialē & personalem, nec vnā alteri repugnare, sed aptissime conuenire. Quod exemplo rationalis animae in Paulo subsistentis potest vtique declarari: certum est enim animā rationalem esse subsistentem, cum sit à corpore independens, & illi conueniat esse per se primò, non solum vt quo, sed etiam vt quod, quamuis incompletè: & illud corpori communicet & ad se retrahat à corpore separata, & iterum reunita communicet: sicut autē subsistit vt quod nūc anima Pauli à corpore separata, & eandem, postquam in resurrectione fuerit vnita corpori subsistentiam retinebit & corpori communicabit, & ex ea communicatione resultabit totum compositum, scilicet persona Pauli subsistens subsistentia completa & personali: ita modo nostro intelligendi concipitur essentia diuina vt per se primò subsistens, quamuis per eam subsistentia non habeat rationem suppositi vel personae, quia non est simpliciter incommunicabilis: deinde concipitur vt relationi, puta paternitati copulata, & eidem identice communicata, & simul cum ea personam patris constituens subsistentem incommunicabiliter. Et sicut alterius est rationis animae subsistentia à subsistentia Pauli: sic alterius est rationis formaliter loquendo subsistentia diuinæ naturae à subsistentia Patris. Et sicut Paulus sua propria subsistentia formaliter subsistit, quatenus .i. est subsistentia suppositi, quā tamen radicaliter est ab animae subsistentia: ita pater sua formaliter est subsistens personali & incommunicabili subsistentia, quā radicaliter habet ab essentia paternitas, vt est personae patris constitutiva, considerando paternitatem prout est relatio præcisè ab essentia distincta: nā integrè cōcepta essentia includit intrinsecè vt ante diximus. Et sicut essentialis subsistentia est ratio essentiae, & patri, in quo est essentia, subsistendi essentialiter: ita personalis subsistentia, resultans nostro modo intelligendi ex essentia siue essentiali subsistentia & proprietate personali, est ratio patri subsistendi personaliter. Et sicut animae subsistentia non pendet à subsistentia suppositi, sed è contrā: sic in Deo essentialis subsistentia non pendet à suppositis, aut ab eorum subsistentia, sed è contrā. Denique sicut animae subsistentia non ponit in numerum cum subsistentia Pauli, aut cuiuscunque suppositi: ita neque essentialis in Deo subsistentia ponit in numerum cum tribus personalibus subsistentijs, vt dici valeant quatuor subsistentiae.

Conclusio: deducitur, & probatur.

PRIMA CONCL. In Deo non est vna absoluta siue essentialis subsistentia, prout dicit rem omnino incommunicabiliter subsistentem, aut rationem incommunicabiliter subsistendi. Probatur: Nam alioquin nō esset in Deo tria supposita incommunicabiliter subsistentia, nec tres hypostaticae for-

mae relatiuae triū personarum constitutivae, sed vnum tantum esset suppositum absoluta ratione constitutum, quod est haereticum.

SECUNDA CONCL. Deus hic vnus & singularis est essentialiter per se primò subsistens vna subsistentia absoluta tribus suppositis communi. Hanc conclusionem probant efficaciter fundamenta, rationes & dicta Patrum supra notata. Qui plura desiderat argumenta, legat expositores locis superius allegatis.

TERTIA CONCL. In Deo tres sunt incommunicabiles subsistentiae in concreto, id est tres res incommunicabiliter subsistentes. Hec conclusio est fidei confessio pluries in Concilijs generalibus definita, scilicet Ephesino can. 4. Constantinopolitano 4. consultatione 8. can. primo, & Constantinopolitano sexto, actione 11. & alijs eadem voce in sensu nostrae conclusionis tres in Deo subsistentias affirmantibus, vt interim Patres omittam, quorum dicta referunt recentiores locis supra notatis.

QUARTA CONCL. Tres diuinae personae, prout communem omnibus essentialē subsistentiam in singulis intus clausam, tres habent personales & relatiuas subsistentias, id est rationes subsistendi realiter inter se distinctas, ab illa verò vna essentiali sola ratione siue distinctione virtuali discretas. Hanc conclusionem probant multis argumentis, & Conciliorum ac Patrum dictis Cai. Ban. Zumel. Mol. & Suar. locis supra notatis: & pro ea faciunt, quae pro sua sententia scribunt Val. & Gabriel. Valq. Hoc vnum tantum nobis sufficiat argumentum. Singularitas aut pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen; sed hoc nomen subsistens & subsistentia dicitur pluraliter de tribus personis non tantum adiectiue, sed etiam substantiue: ergo in tribus personis sunt tres rationes subsistendi quasi tres formae dictis nominibus formaliter significatae. Maior est D. Th. in articulo praeced. quae fuit latè superius explicata. Minor patet ex allegatis Concilijs & Patribus asserentibus tres personas esse tres subsistentias, id est tres res subsistentes, vel tria supposita subsistentia. Et confirmatur: quia S. Th. in dicto a. ait: Sortem, & Platonem, & Ciceronem dicimus tres homines, Patrem autem, & Filium, & Spiritum sanctum, non dicimus tres Deos, sed vnum Deum; quia in tribus suppositis humanae naturae sunt tres humanitates, in tribus autem personis est vna diuina essentia. Et in responsione ad 4. ita loquitur. Forma significat a per hoc nomen persona, non est essentia, vel natura, sed personalitas. Vnde cum sint tres personalitates, id est tres personales proprietates in patre, & filio, & Spiritu sancto, non singulariter, sed pluraliter praedicatur de tribus. Cum ergo nomen subsistentis & subsistentiae praedicetur pluraliter substantiue de tribus, oportet tres in eis esse rationes subsistendi praedictis nominibus formaliter significatas. Confirmatur eadem minor: quia si tres personae vnā assumerent humanitatem, dicerentur homo, & vna persona duas assumens humanitates esset vnus homo: quia ad pluralitatem substantiui requiritur tam pluralitas formae, quam pluralitas suppositorum; igitur si non sunt in diuinis personis tres rationes subsistendi distinctae realiter abinuicem, sed vna dumtaxat essentialis subsistentia, non dicerentur Pater & Filius & Spiritus S. tres subsistentes neque substantiue neque adiectiue; immò nec aliquid substantiui aut adiectiui pluraliter diceretur in diuinis. Probatur consequentia: quia vbi non sunt distinctae propriae

rationes incommunicabiliter subsistendi, non possunt esse distincta supposita, quibus proprie convenit subsistere incommunicabiliter; & consequenter nullum concretum posset pluraliter in divinis praedicari; dicit autem incommunicabilitas non meram negationem aut priuationem, sed modum entis positivum, cuius propria ratio est esse terminum naturae, & hoc ipso simul cum ea personam siue suppositum constituere.

Obi. 1. com.
1. concl.

CONTRA secundam concl. argu. Val. & primo probat opinionem Cai. esse superuacaneam; quia subsistentiae relatiuae sunt infinitae perfectionis & adeo intimae ipsi naturae divinae, ut sint de ratione illius; ergo ad omnia sufficiunt, ad quae posset aliquis imaginari necessariam esse illam quartam subsistentiam absolutam. Resp. primo ad primam partem antecedentis subsistentias relatiuas esse infinitae perfectionis simpliciter, quatenus includunt subsistentiam absolutam illis communem. Ad secundam vero partem dico subsistentias relatiuas non claudi in conceptu naturae divinae prae se sumptae, prout distinguitur a relationibus, quomodo nunc de ea loquimur, quauis claudantur in conceptu essentiae, prout est quidditas divinae rei sine omnia, quae in ea sunt, scilicet absoluta & respectiua, ut sup. diximus q. 28. a. 2. contr. 1. Ad argumentum igitur negatur consequens si sumatur essentia in hoc secundo sensu: scilicet n. utramque scilicet essentialem & personalem subsistentiam, & omne absolutum & respectiuum includit.

Solutio.

Obi. 2.

Secundo. Ratio subsistentiae addita naturae singulari intrinsece, sicut est essentia diuina, statim constituit personam, ergo &c. Probatur antec. primo quia de ratione subsistentiae proprie dictae, quatenus significat gradum superadditum naturae, est incommunicabilitas; secundo quia D. Athan. in dial. de Trin. contra Anomaeos pag. 165. affirmat essentiam non nisi ut indiuiduis spectatur, hoc est in hypostasis subsistere. Resp. falsum esse antecedens absolute loquendo. Ad primam probationem negatur antec. Ad secundam dico Athanasium loqui de subsistere subsistentia personali, non autem de subsistentia ut subsistentia est.

Solutio.

Obi. 3.

Tertio contra eandem conclusionem argumentatur Valsq. disp. 125. c. 3. Essentia diuina ita indiuiduam secum habet existentiam, ut non solum cum illa communicetur tribus suppositis, sed etiam nostro modo intelligendi in illis esse dicatur, non autem per se; ergo sola illa existentia sine relatione considerata non facit naturam diuinam esse per se nostro modo intelligendi, quatenus illud per se opponitur existentiae in alio ut in supposito; sed adhuc relinquit aptam ut alio modo terminetur, & ut per se esse dicatur, nimirum relatione; ergo &c. Resp. falsum esse antecedens. Nam essentia diuina concrete concepta non est in supposito ut quo in quod, sed ut quod primo subsistens in habentibus ab ea subsistentiam, non autem ut per ea subsistens, & est in eis per modum identitatis.

Solutio.

Obi. 4.

Quarto sic arguit. Si illa existentia communis sine relatione considerata formaliter faceret diuinam naturam per se subsistere, non posset non considerari natura diuina in concreto, quoties cum illa existentia consideratur absque ullo alio connotato; ergo, ut conciperetur abstracte, deberet cogitari sine illa existentia: sed naturam diuinam quantumvis abstractam semper consideramus cum existentia; ergo talis existentia non facit esse per se, nec constituit concretum deitatis, ratione cuius ab authoribus contrariae sententiae, illa communis subsistentia asseritur. Resp.

Solutio.

diuinam essentiam abstracte considerat in concipi cum existentia ut quidditas & natura quaedam est, non autem ut exercet actum existentis, quo modo concipitur cum essentia concrete considerata, quam intelligimus ut subsistentem & ut habentem esse: & idem dicendum est de subsistentia. Secundo dico falsam esse minorem de natura praecise, prout distinguitur ab habente naturam.

Quinto. Is modus loquendi omnino tenendus est, quo Patres & Concilia utuntur, contra vero reiiciendus ab omnibus est modus, qui Patrum & Conciliorum phrasi aduersatur; at asserere subsistentiam communem est modus loquendi contrarius modo loquendi Conciliorum & SS. Patrum; ergo &c. Probatur minor; quia Patres & Concilia in Ecclesia Graeca celebrata post definitam controuersiam de voce hypostasis semper acceperunt hypostasim pro persona siue supposito; at subsistentia Latine idem est quod hypostasis Graece; ergo subsistentiam absolutam asserere in Deo est contra modum loquendi Conciliorum & Patrum. Quod autem subsistentia Latine sit idem quod hypostasis Graece, probat multis SS. & Conciliorum testimonijs & ratione; quia nullum aliud nomen Latinum quam subsistentia cogitari potest, quod nomini Graeco hypostasis melius subrogari valeat. Resp. falsam esse minorem. Ad probationes dico, quamuis nomini hypostasis respondeat nomen subsistentiae, latius tamen patet nomen subsistentiae, quam nomen hypostasis etiam in doctrina Patrum & Ecclesiae, ut superius ostendimus ex Aug. Hieron. D. Th. & alijs.

Sexto. Caiet. perperam appellat indiuiduum illud deitatis semipersonam; eo quod hac voce nemo hactenus vltus fuerit; quinimo si modum loquendi retineret, quem de subsistentia communi vsurpauit, pleno ore suppositum vocare deberet; sicut enim actum existentiae ipsius naturae diuinae nuncupauit subsistentiam, non semisubsistentiam; ita ex ea constitutum non semisuppositum, nec semihypostasim, sed absolute suppositum & hypostasim vocare debuisset, praefertim cum idem sit subsistentia quod hypostasis, si verbum ex verbo reddas. Haec Valsq. disp. 156. c. 1. in fin. Resp. primo falsum & calumniose imponi Cai. quod subsistentiam essentialem nuncupauerit semipersonam aut semisuppositum, & quod actum existentiae naturae diuinae appellauerit subsistentiam. Secundo dico subsistentiam abstrahere a communicabili & incommunicabili, non autem personam aut suppositum; & ideo subsistentiam essentialem absolute posse dici subsistentiam, non autem personam aut suppositum, sed cum additione incompleti. Tertio dico falsum esse subsistentiam ut sic, idem esse, quod hypostasis, ut patet ex dictis: latior enim est subsistentia.

CONTRA eandem concl. militant argumenta, quae proferunt & soluunt Zumell. supra qu. 30. ar. 1. disp. vnica, & Suarez 3. p. qu. 3. ar. 1. disp. 11. sect. 3.

CONTRA eandem concl. argumentatur Barthol. Spina multipliciter, sed eius argumenta ferè omnia per supra posita confutantur fundamenta. Ex omnibus igitur quinque dumtaxat soluenda proponemus.

Primum est. Omne indiuiduum alicuius naturae est indiuiduum in se, & diuisum seu distinctum realiter ab alijs indiuiduis, quae sunt in tali natura: sed nullum est tale in diuinis praeter tres personas; ergo &c. Minor patet ex fide; Tum quia nihil distinguitur realiter a tribus personis,

nis, nisi singula ab alijs; Tu quia absoluta non distinguuntur realiter a rebus: Tum quia nullum essentialiter commune pluribus est distinctum ab eis realiter &c. *Resp.* maiorem non esse veram nisi de illius individuis, quæ eiusdem rationis constitutio indiuiduantur; constat autem huius Dei constitutivum in esse indiuiduo ipsam esse divinam essentiam, ut formam per se primò subfistentem; personarum autem constitutiva esse relationes, quæ modo nostro concipiendi ratione formali distinguuntur ab essentia; Ut igitur hic Deus sit indiuiduum, satis est pluribus Dijs non esse communicabile.

Replic.

Sed hoc ultimum dictum sic arguit Spina. Quod prædicatur essentialiter de pluribus distinctis ultima distinctione in aliqua natura, non est indiuiduum illius naturæ: sed licet hic Deus non prædicetur de pluribus Dijs, dicitur tamen essentialiter de pluribus distinctis ultima distinctione reali in natura divina; ergo &c.

Confr.

Confr. quia incommunicabilitas, quæ pertinet ad rationem personæ exprimitur in definitione Boetij per illam particulam, substantia indiuidua: hæc autem est omnimoda incommunicabilitas; ergo vel hic Deus non est substantia indiuidua, vel est propriè persona.

Solut.

Resp. falsam esse maiorem loquendo de distinctione facta per constitutiva & distinctiva indiuidua illorum plurium, quæ sint alterius rationis à constitutivis illius indiuidui, quod pluribus asseritur esse commune. *Ad confirmationem* dico verum esse incommunicabilitatem illam, quam significat Boetius in definitione personæ, esse perfectam, siue ut ille ait omnimodam; sed talem iam ante diximus non esse necessariam ad indiuidui constitutionem. Et quia vox ad plura indifferens simpliciter prolata stat pro primò, ideo cum de indiuiduo siue incommunicabili loquimur absolute, intelligendum est de incommunicabili in omni modo, nisi subiecta materia alium exigat sensum, ut exigit in re proposita, cum affirmamus hunc Deum tribus suppositis communem esse indiuiduum; alioquin impliciter diceretur.

Obiect. 8.

Secundum eius argum. est in ordine sextum. Quod significatur ut comprehensum ab indiuiduo quasi pertinet ad indiuiduationem eius, non est per se indiuiduum, præter illud à quo comprehenditur: sed habens deitatem, ut ratione distinguitur à personis distinctis, pertinet ad indiuiduationem divinarum personarum, quæ super hoc addunt relationem per modum formæ incommunicabilis & principij indiuiduationis; ergo habes deitatem ut sic, non est per se indiuiduum præter personas. Maior probatur; quia indiuiduum substantiæ significatur ut totum, in quo vniuntur omnia tam essentialia, quam accidentalia. *Resp.* maiorem non esse veram, quando illi comprehenso ab indiuiduo convenit subsistere pro se primò & per ipsum indiuiduum; tunc enim, quod ita comprehenditur ab indiuiduo, est quoddam totum, in quo cetera omnia saltim absolute vniuntur, ut in hoc Deo, qui dicitur habens deitatem & omnem perfectionem: immò dicitur etiam illi inesse paternitas, filiatio, & processio.

Obiectio 9.

Tertium. Singulare negatur absolute ab hoc Deo; ergo & indiuiduum. Antecedens probatur; quia S. Th. sup. q. 31. art. 2. cum Hylario negat Deum esse singularem.

Solut.

Resp. ibi D. Tho. explicat sensum Hylarij, cum ait. Ad vitandum errorem Sabellij vitare debemus singularitatem, ne tollatur communica-

bilis essentia divina quam nos prædicantes Deum singularem & indiuiduum, tribus personis communem non negamus. Vnde super illo articulo diximus cum Bannelio & alijs recentioribus in usu prædictæ vocis nullum iam esse periculum erroris, cum hæresis Sabelliana fuerit omnino conuulsa.

Quartum. Si vnus numero Deus est vnum indiuiduum præter tres personas, pariter concedere cogimur absolute propositionem istam: tria indiuidua divina sunt vnum indiuiduum naturæ; similiter istam tres personæ divinæ sunt vnum indiuiduum naturæ divinæ etiam præter tres personas; & cum tale indiuiduum secundum Caiet. sit persona incompleta & imperfecta, sequitur hanc etiam necessariò esse concedendam: tres personæ divinæ sunt vna persona incompleta & vna semipersona. Quibus sermonibus quid absurdius dici potest? *Resp.* primò sensum dictarum propositionum nihil absurditatis continere, modum autem non esse in usu deducendum; quamvis inter Scholasticos ad exprimendam divinæ naturæ subsistentiam, ea non sint prorsus inepta vocabula. Secundò dico hunc Deum non esse indiuiduum præter tres personas absolute loquendo; quia realiter idem est cum illis ratione sola distinctus.

Ultimum. In hac propositione: *Iste Deus meus, & glorifico eum:* nomen hoc Deus, supponit pro persona grammaticaliter tantum, quo modo quælibet res demonstrabilis grammaticè loquendo personaliter dici potest; dicimus enim iste lapis, iste asinus; ergo hic Deus non est persona nisi grammaticaliter. Antecedens est D. Th. in hac q. a. 8. in fi.

Resp. nos non affirmare hunc Deum esse personam nisi cum addito, nimirum in completam, quod ibi non negat S. D. sed tantum negat esse personam propriè.

Reliqua eiusdem authoris argumenta partim ex dictis faciliem habent solutionem, & partim ad sequentem pertinent controuersiam. Aliorum etiam, quos vidimus argumenta, easdem admittunt solutiones.

CONTRA *ultimam concl.* sunt argumenta, quæ referunt & soluunt Zumel. Mol. Vasq. & Suar. locis superius allegatis.

SECUNDA CONTROVERSA.

De suppositione huius nominis Deus.

CAPREOLVS in primo sent. dist. 4. q. 1. tria dicit. *Primum.* Hoc nomen Deus quandoque supponit pro persona, & non pro essentia, ut cum dicitur, Deus generat. *Secundum.* Nunquam stat pro essentia, quin explicite vel implicite stat pro persona, ut cum dicitur, Deus creat: & etiam in his propositionibus. Pater & filius sunt vnus Deus, & Trinitas est vnus Deus. *Tertium articulo.* 2. Hæc propositio, Deus non generat, est falsa; quia dictio Deus stat pro essentia & pro re naturæ id est supposito indistincte; & ideo negatio negat actum generandi, non solum ab essentia, sed etiam à quolibet eius supposito. Quam sententiam sequuntur Sylu. & Spina eius discipulus.

Cai. dicit sex. *Primum.* Deus primò supponit pro hoc Deo, siue pro habente naturam divinam, & reddit propositionem singularem. *Secundum.* Quandoque dicitur, quod hoc nomen Deus, stat pro suppositis indistincte; quod intelligendum est cōcomitanter & secundariò, non tamē semper stat pro personis distincte vel indi-

Sententia
Doctorem.

stin-

stindē. *Tertium.* Hoc nomen *Deus*, potest stare pro singulis personis. *Quartū.* *Deus* ex adiuncto notionali constituit propositionem indefinitā supponendo personaliter. *Quintum.* Hoc nomen *Deus*, cum possit ex se supponere pro essentia, id est pro hoc *Deo*, & pro persona, id est, pro patre & filio, & Spiritu S. ad supponendum actualiter pro hoc *Deo*, non eget reducēte: ad supponendum verō pro personis (modo inferius explicando) reducitur per aliquid additum; & ita conciliantur duo dicta D. Tho. in hoc a. quæ videntur contraria. *Sextum.* In hac propositione, *Deus* non generat, & hoc nomen *Deus*, pro natura in concreto, id est pro hoc *Deo*, de quo falsum est dicere, quod non generat. Hoc vltimum dictum explicat & defendit Molina. Eandem sententiam Cai. sequitur Ripa.

Iauellus sententiam approbat Capr. & ex parte sequitur Cai. quem in duobus reprehendit. *Primum* est, quod dixerit differentiam inter hoc nomen *Deus*, & hoc nomen homo, in supponendo accipiendam esse quo ad suppositionem indeterminatam pro persona; quia scilicet homo non supponit ex se pro natura communi, sed pro suppositis determinatis: sed hoc nomen *Deus* ex se supponit pro natura communi, sed ex adiuncto constituit propositionem indefinitam supponendo personaliter. Sed ait Iauellus mentem esse D. Tho. differentiam inter dicta nomina in hoc positam esse, quod *Deus* simpliciter sumptus semper supponit pro natura in concreto, nunquam autem pro persona, siue determinatē siue indeterminatē: homo verō nunquam supponit pro natura communi in concreto nisi ratione adiuncti, vt in hac, homo est species. *Secundum* est. Verba illa S. D. in corpore articuli. *Quidam dixerunt, quod hoc nomen, Deus, & similia propriē, & secundum suam naturam supponit pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahuntur ad supponendum pro persona:* exponi à Cai. de potentia ad supponendum pro essentia in concreto: in responsione autem ad tertium loqui de actuali suppositione. Sed melius est (inquit) dicere, opinionem illam tenuisse Deum secundum se supponere pro natura in abstracto, quā ideo reprobare S. Th. quia in responsione ad tertium affirmat Deum secundum se supponere pro natura in concreto, q̄ negabat illa opinio.

Torres dicit tria. *Primum.* In hac propositione, *Deus* creat, nomen *Deus* supponit & pro natura diuina & pro personis: sed primariō pro natura cum adiuncto verō supponit principaliter pro persona, vt in hac, *Deus* generat. Et per hac conciliat dicta D. Th. in corpore, & ad 3. de suppositione huius nominis *Deus*; nā in corpore affirmat dictum nomen per se posse supponere secundariō pro persona, sed in responsione ad tertium negat illud supponere principaliter pro persona sine addito notionali. *Secundum.* Cum nomen *Deus* supponit pro essentia, supponit etiam pro personis, vt in hac, *Deus* est tres personæ. *Tertium.* In hac propositione, *Deus* non generat, nomen illud *Deus* supponit pro patre.

Bannes dicit quatuor. *Primum.* Caiet. bene concedit istas duas propositiones, *Deus* generat & *Deus* non generat. *Secundum.* Caietan. affirmat subiectum dictarum propositionū supponere pro hoc *Deo* immediatē: qui modus dicendi potest sustineri dicendo distinctionem realem inter genitorē & genitum attendi penes patrem & filium, ratione quorum verificatur illa propositio. *Tertium.* In hac propositione, *De*

us creat, non accipitur *Deus* pro *Deo* in concreto præcisē, vt ait Cai. sed primariō sumitur pro essentia diuina in concreto, secundariō verō pro personis; quia denotatur actio creādi conuenire personis ratione deitatis. Et per hoc (inquit) soluantur argumenta Caietani contra Capr. *Quartum.* Hæc propositio, *Deus* nō generat, falsissima est; quia subiectū illius supponit pro patre, & fit sensus, quod pater nō generat. Et quāuis S. D. ad tertium dicat nihil esse, per quod hæc vox *Deus* determinetur ad standum pro persona filij, non tamen negat quin possit accipi pro persona patris. In quibus dictis duo manifestē falsa imponuntur Caietano. Primum quod admiserit hanc propositionem esse veram, *Deus* non generat, quod hic approbat Ban. in primo dicto, sed aperte reuocat in quarto, quod arbitrator ex errore Typographi cōtigisse. Secundū, quod affirmet Caiet. in hac propositione, *Deus* creat, sumi Deum pro hoc *Deo* præcisē personis: oppositum enim docet expressē in solutione secundi dubij circa corpus articuli. Denique statuit tres regulas ad discernendum nominum essentialium suppositionem, de quibus infra.

Zumel. dicit quinque. *Primum.* Hoc nomen *Deus*, si non limitetur eius suppositio ratione alicuius adiuncti, vel ex parte subiecti, vel ex parte predicati, semper supponit pro essentia in concreto primō & immediatē, secundariō verō pro personis. Et hoc modo intelligendus est S. Th. cum ait hoc nomen *Deus* supponere pro essentia aut deitate: & ita supponit in illa propositione, *Deus* creat: in hac verō, *Soli Deo honor, & gloria*, supponit immediatē tam pro essentia, quā pro tribus personis collectiue sumptis. *Secundum.* Quando S. D. in corpore ait hoc nomen *Deus* ex modo significandi habere, vt propriē possit supponere pro persona, loquitur de facto & de suppositione indistincta & confusa: in responsione verō ad 3. vbi videtur oppositum dicere, loquitur de supponere determinatē & distinctē. *Tertium.* Hoc nomen *Deus* potest supponere pro hoc *Deo*, vt abstrahitur à personis, ita quidem vt pro personis non supponat neq; mediatē neque immediatē, neque coniunctim neq; diuisim, ratione tamen alicuius adiuncti, vt in hac, *Deus* est communis realiter trib. personis, & cuilibet earum; quia hoc prædicatum de nulla potest verificari persona, neque de omnibus simul. *Quartum.* In hac propositione, *Deus* generat, aut *Deus* generatur, non supponit hoc nomen *Deus* pro hoc *Deo*, id est pro natura in concreto, vt abstrahit à suppositis, vt asserit Cai. *Quintum.* Hæc propositio, *Deus* non generat, est falsa; quia subiectum restringitur ad standum pro patre: in cæteris conuenit cum sententia Cai.

Valent. dicit quatuor. *Primum.* Hoc nomen *Deus* supponit pro essentia identificante in ratione absoluta tres personas, siue pro essentia subsistente tribus subsistentijs respectiuis, non aut pro hoc *Deo* absolute subsistente, vt existimat Cai. *Secundum.* Hæc propositio, *Deus* nō generat, est vera in rigore, si ille terminus *Deus* accipiat tanquam singularis, vt videlicet significat vnum illud simplicissimum identificās tres personas. Quare minimē probandus est Cai. dicens nomen illud *Deus* supponere determinatē pro essentia, & tamen propositionem esse veram. *Tertium.* Si loquamur de illo termino *Deus*, vt habet etiam conditionem termini communis, sic omnino videtur falsa dicta propositio. *Quartum.* Quando dicta propositio absolu-

re profertur, non exprimendo, vtrum absolu-
te accipiat ille terminus Deus tanquam ter-
minus singularis, vel tanquam communis, pro-
babilis est simpliciter loquendo, quod sit falsa.

Vasq. dicit nouem. *Primum* 4. cap. Hæc propo-
positio, Deus non generat, falsa est; quia nomē
Deus supponit pro indiuiduo deitatis directē,
connotando personam confusē, *secundum* ca. 5.
Directum significatum nominis Deus est natu-
ra, prout secundum rationem abstrahit à perso-
nis, quamuis non habeat absolutam subsisten-
tiam: personæ autem ab eo indirectē & indistin-
ctē connotantur; quare nomen Deus ratione
directi significati est singularissimum, ratione
verò connotati quandam habet communitatē.
Tertium. Ad veritatem huius, Deus generat, fati-
tis est: si diuina natura in vna persona generet:
sed ad veritatem huius negantis, Deus non ge-
nerat, necesse est Deum in nulla persona gene-
rare. *Quartum* cap. 6. Nomen Deus, quoties ei
non additur terminus notionalis, ea parte qua
ponitur, semper supponit pro indiuiduo deita-
tis. *Quintum*. Non potest Deus determinari ad
personam addito pronomine hic vel ille, sicut
determinatur hoc nomen homo. *Sextum*. In hac
propositione, Deus est de Deo, nomen Deus
supponit pro cōcreto deitatis. *Septimum*. Cum
dixit Apost. *primæ ad Timot. 1. Regi sæculorum,*
immortalis, inuisibilis, soli Deo, honor, & gloria: nomen
Deus multo melius pro indiuiduo deitatis sup-
ponit: sed quia est commune tribus personis,
idcirco de illis verè dicitur; & idē dixit S. Th.
ibi nomen Deus supponere pro personis. *Octa-
uum*. Miror, cur S. Th. dixerit in ea propo-
sitione, Deus creat, nomen Deus supponi pro na-
tura, hoc est pro indiuiduo deitatis, & nō pro
personis. *Sed negationem* Vasq. adiungit defuo,
non. n. habetur in textu. Hanc imposturam ac-
cepit ex Aureolo, quam excludit Capreolus
in 1. sent. dist. 4. quæst. 1. art. 3. ex D. Tho. in 1. dist.
36. qu. 1. art. 1. vbi ait actum creandi conueni-
re diuinæ naturæ, & eius suppositis. Quod idem
affirmat in 4. q. 45. art. 6. *Nomen*. Nomen Deus
supponit pro indiuiduo concreto deitatis, et-
iam quando ponitur terminus notionalis, qui
non est syncategorema illius, quod etiam in-
telligi debet in alijs propositionibus, vbi præ-
dicata naturæ humanæ de Deo prædicantur per
communicationem idiomatum.

Suarez lib. 4. cap. 14. conuenit cum Zumel. in
1. 2. & 3. dicto; discordat aut circa suppositio-
nē illius termini *Deus* in duabus propositioni-
bus exemplariter à Zumel. propositis. Ait enim
Suar. in vtraq; nomen *Deus* supponere pro na-
tura & pro personis, eo quod cum dicitur, *Soli*
Deo honor & gloria, dictio illa exclusiua *soli* non
excludit concomitantia, quæ sunt personæ, non
solum collectivè sed etiam sigillatim sumptæ;
alioquin falsa esset propositio. Deinde repre-
hendit primum & secundum dictum Vasq. Li-
bro aut 6. c. 7. vbi statuit quinque regulas circa præ-
dicationem actuum notionalium, ex quib. duæ
tñ, videlicet tertia & quinta, pertinet ad mate-
riā presentis articuli, tria dicit. *Primum* est. In
hac propositione, Deus generat, subiectū illud
Deus non potest ita supponere, vt de hoc Deo
abstrahendo secundum rationem à personis
prædicatū verificetur. *Secundum*. Si hic Deus nō
ita abstrahatur, sed indefinitè sumatur pro di-
uinitate vt subsistente, siue immediatè in se siue
incommunicabiliter in persona, sic verificatur
illa propositio de hoc Deo, non tamen ratione
subsistentis communis, sed solum ratione pa-

tris, nec supponit subiectum illud Deus inde-
finitè, sed determinatè pro persona patris. *Ter-
tium*. Quoties actus notionalis verè prædicatur
de Deo sub aliquo nomine, non potest verè de
eo negari, siue terminus in subiecto positus sit
personalis, vt cum dico, Pater generat, & Pater
non generat; siue sit essentialis. vt Deus gene-
rat, & Deus non generat, quia tam primæ, quàm
secundæ sunt contradictoriæ, & affirmatiuæ
sunt veræ, negatiuæ autem falsæ.

RECOLENDA sunt in primis, quæ suprà di-
ximus q. 27. ar. 4. de nominum significatione
& suppositione ex D. Th. de pot. q. 9. a. 4. ex
quibus patebit non rectè dixisse Vasque-
lium hic dist. 157. cap. 4. idem esse nominis suppositio-
nem, quod eius significatio; vbi etiam quod
verè supponitur, perperam appellat connota-
tum. Cum autem nomen hoc, *Deus*, subijci
possit in propositione multis prædicatorum
generibus, de illius suppositione cōparatione
singulorum inquirendum est: deinceps de qui-
busdam propositionibus singularem difficul-
tatem habentibus erit disputandum.

Sunt verò septem diuinorum prædicatorum
genera ad rem presentem pertinētia, quibus sub-
ijci potest hoc nomen Deus. Nam quædam sunt
essentialia communia naturæ in concreto, id est
huic Deo & personis, vt creare, sapere & posse,
siue esse creatorem, sapientem & potentem:
quædam sunt essentialia cōuenientia naturæ siue
concretè siue abstractè sumptæ, prout distingui-
tur à personis, vt esse communicabile & subsi-
stere in tribus: quædam sunt notionalia in specie
significata, vt generare, spirare & cæt. quædam
autem in genere tantum, vt cum dico, Deus de
Deo siue Deus procedens: quædam personalia
singulas seorsum personas significantia, vt
Deus est pater, siue persona patris: quædam om-
nes collectivè personas complectentia, vt Deus
est Trinitas, vel tres personæ: quædam tandem
sunt negatiuæ, vt Deus non generat, siue non
spirat; quæ singula diligenter hic erunt à nobis
examinanda.

A prædicatis igitur essentialibus naturæ & personis communibus inchoando, existimo ve-
ram esse regulam illam Capr. nimirum hoc no-
men Deus nunquam stare pro essentia in concre-
to, prout scilicet est in habente, quin supponat
pro personis saltem indistincte. Cuius sensum
aptius expresserunt recentiores ex eodem Capr.
dicentes hoc nomen Deus, si non limitetur eius
suppositio ratione alicuius adiuncti, semper sup-
ponere pro essentia in concreto primò & im-
mediate, secundariò verò, & indefinitè pro per-
sonis. Vbi aduerte terminum limitantem posse
dupliciter adiungi huic termino Deus. Vno mo-
do, vt in eadem parte ponitur dictio limitatiua, Cuiet.

in qua ponitur nomen Deus, vt si ponatur v-
trumq; ex parte subiecti, vel vtrumque ex par-
te prædicati; puta dicendo, Deus generans est
æternus, vel habet filium, vel Deus generans
non est Deus genitus. Alio modo, vt Deus sit ex
parte subiecti, terminus verò limitatiuus sit
ex parte prædicati, vel è conuerso: vt si dicam,
Deus generat, aut Deus generat filium Deum,
vel generans est Deus. Si priori modo fiat addi-
tio, determinatur hoc nomen Deus ad standum
pro persona determinatè, illa scilicet cui con-
uenit actus notionalis limitatiuus: non ita tamē
vt excludatur hic Deus, cui prout est in singulis
personis, singuli conueniunt actus notionales,
vt hic aduertit Cai. Nam hic Deus generat,
prout est in Patre, vel vt est pater: & geni-
tus

Resolutio
Propositio
7. Genera
prædicati
Dei: & quæ
dicitur suppo-
nitur
nominis
Deus respo-
dit prædica-
ti essentialis
essentia &
personæ, &
responsum
prædica-
ti notionalis
secundum di-
stinctionem D.
Th. & Cai.

Impositura
Vasq.

Notanda di-
stinctio pro
Cuiet.

tus est, ut est in filio, vel ut est filius. Est tamen A propositio hac singularis, Deus generans est eternus; quia subiectum per syncategorema generans determinatur ad unam tantum personam. Si vero posteriori modo fiat additio, constituitur, ut ait Caiet. indefinita propositio: quia supponit hoc nomen Deus pro hoc Deo per se primo, pro persona vero indeterminatè. Cuius ratio est; quia cum dico Deus generat, aut Deus est generans, verbum illud generat, aut participium generans, non est syncategorema illius termini Deus, sed dictio est categorematica absolute posita. Sicut si dicerem, homo scribit, verbum illud scribit, dictio est categorematica, nec limitat hominem ad standum pro Petro, etiam si po-

B natum esse solus scribens. Quamvis itaque solus pater sit generans in diuinis, non limitatur tamen de rigore Logico nomen Deus in subiecto positum, ad supponendum pro persona patris per illud notionale generat, licet de eo solo verificetur, & usu Theologorum frequenti receptum sit per notionale verbum cohereri nomen Deus ad determinatam personalem suppositionem: quia determinatè verificatur, ut patet hic ad tertium.

Dei quandoque supponere pro sola essentia: et quæ sunt naturalis, & propria eius suppositio respectu prædicationis essentialis, & personali communis.

In hac vero propositione, Deus est communis tribus personis, prædicatum soli Deo essentialiter sumptum conuenit, prout à personis distinguitur, quibus nec diuinitus, nec copulatiue conuenit; nulla enim earum nec simul omnes sunt tribus communes; alioquin quælibet persona esset trinitas, imò nulla persona distingueretur ab alia, sicut nulla persona distinguitur à Deo, qui tribus suppositis est communis. Itaque limitatur in ea propositione subiectum Deus per prædicatum illud communis tribus, ut pro sola supponat essentia.

Ad cuius evidentiam supponendum est id, quod hic ait S. D. nimirum hoc nomen Deus significare naturam in habente. Et quoniam in Deo duplex est habens naturam, scilicet ut hic Deus, cui per se primo conuenit subsistentia, & ut suppositum, cui conuenit ex inclusa diuinitate, & relatiua proprietate incommunicabilis subsistentia personalis: idcirco nomen Deus habet ex sui natura, ut primo supponat pro hoc Deo communicabiliter subsistente, secundario vero pro personis indistincte, ut efficaciter & abunde probat Capreolus in dicta quaest. 1. Conuenit enim hoc nomen Deus cum terminis singularibus in hoc, quod forma significata non multiplicatur, sed est una numero & per se primo subsistens: atque ideo supponit per se primo pro hoc habente deitatem essentialiter: cum terminis vero communibus conuenit in hoc, quod forma significata inuenitur in pluribus suppositis.

Naturalis suppositio huius nominis Deus.

Ex quo sequitur, ut hoc nomen Deus secundum suam naturam proprie, licet secundario, semper supponat pro personis, nisi limitetur. Vnde quædam modum hic terminus homo naturaliter ac per se supponit pro persona, nisi determinetur ex addito ad supponendum pro natura specificè sumpta, ut cum dicitur, homo est species: tunc enim terminus homo supponit pro natura ut præscindit à suppositis: ita nomen hoc Deus quod naturaliter, ac per se, licet secundario supponit pro personis, ex addito trahitur ad supponendum pro natura, quatenus distinguitur à personis, ut in hac, Deus est communis tribus personis; dictio enim illa communis restringit subiectum illud Deus, ut præter suam naturam, neque secundario pro personis supponat. Et

Ex quo patet doctrinam Capr. in bono sensu simpliciter esse veram, sed à recentioribus minimè cognitam: qui noua eudere se putantes, Cap. sensum aperiunt.

Defensio Capreoli.

C Ex hoc principio sic explicato multæ superius propositæ difficultates circa propositiones poterunt definiri. Et primo patet falsum esse dictum illud Iauelli de mente D. Th. differetiam esse inter hoc nomen homo, & hoc nomen Deus: quod Deus simpliciter sumptus semper supponit pro natura in concreto, nunquam aut pro persona siue determinatè, siue indeterminatè. Cuius oppositum super hoc eodem articulo prius affirmauerat idem expositor sequens Cap. & Cai.

Iauelli dictum reijciunt.

Secundo patet in his duabus propositionibus, Deus creat, & soli Deo honor, & gloria; 1. Tim. 1. nomen Deus supponere primo pro natura, secundario vero siue concomitanter pro omnibus personis, ut hic affirmat Cai. licet prius videatur oppositum dicere.

Nec verum est, quod hic ait Zumel. disp. 1. hoc nomen Deus in posteriori propositione supponere immediate simul pro natura diuina & pro tribus personis collectiue non aut diuinitus: Falsum est enim primo nomen Deus hic immediate supponere pro personis; semper enim primo & immediate (nisi limitetur) supponit pro singulari primo subsistente, concomitanter autem pro suppositis, quibus non primo conuenit esse subsistens, aut habere naturam, sed quasi secundario. Naturale est enim cuilibet termino singulari pro re singulari subsistente per eum significata supponere. Quod autem hic Deus subsistat in tribus, non habet ex ea ratione, quæ singularis terminus est, sed quæ communis: atque ideo non nisi mediatè & secundario supponit pro suppositis, quibus est communis.

Zam. dictum reprehendit.

E Secundo falsum est in ea propositione nomen illud Deus collectiue tantum & non diuinitus supponere pro personis. Nam dictio illa exclusiua solus addita termino essentiali, in ordine ad prædicatum essentiali, non excludit personas à forma subiecti, neque à consortio prædicati. Vnde S. D. supra q. 37. a. 16. ad 3. ait dictionem exclusiuam non excludere illa, quæ sunt de intellectu termini, quando non differunt secundum suppositum, ut pars & vniuersale. Constat autem ex supradictis quaest. 27. art. 2. personarum

sonas esse de intellectu Dei completè sumpti, A nec ab eo differre supposito: Quo fit vt descendere minimè liceat sub cōmuni termino, cui dictio apponitur exclusiua ad aliquod particulare suppositum, vt supra dixit S. Th. eadem q. 37. ar. 3. ad tertium: non enim valet hæc consequentia, Solus homo est animal, ergo Solus Petrus: & similiter non sequitur, solus Deus creat, ergo solus Pater; nam si fieret descensus, hoc ipso excluderentur reliqua supposita, quæ per naturalem suppositionem & concomitantiam includuntur in termino communi. Cum igitur ait Apostolus, *Soli Deo honor & gloria*, potest illa dictio *solus* dupliciter accipi. Vno modo vt sit exclusiua non eorum tantum quæ sunt diuersæ naturæ, sed etiam cōcomitantium, & sic est aperte falsa, nec ab Apostolo ponitur in hoc sensu: non enim soli Deo, prout à personis ratione distinguitur, aut toti simul Trinitati, sed cuiuslibet etiam personæ diuini debetur honor & gloria. Alio modo sumi potest dictio *solus*, vt nō excludit à concomitantibus, & sic vera est propositio, non solū accipiendo concomitantia, id est personas collectiue, sed etiam diuini: singulis. n. sicut omnibus simul & huic Deo, congruit honor & gloria. Quomodo verò sit intelligenda differentia, quā statuit D. Th. inter dictas duas propositiones, videlicet *Deus creat*, & *Soli Deo honor & gloria*, satis explicat Caieta.

6. genus prædicatorum de Deo.

Sequitur tertio, in hac propositione, Deus est Trinitas, subiectum quod est Deus, non pro hoc tantum Deo, sed pro omnibus personis collectiue supponere, quibus ita sumptis verè, propriè & formaliter conuenit nomen Trinitatis. Nec oppositum affirmat S. D. in a. 6. huius quest. ad 1. vbi sic loquitur: *Licet pro nullo suppositorum diuina natura hæc sit vera, Deus est Trinitas: est tamen vera pro essentia*. Hæc ibi. Quibus verbis non excludit personas collectiue sumptas, sed diuini tantum.

Hoc nomen Deus, vt subicitur prædicato notionali, supponere per se primò pro hoc Deo, secundariò verò pro supposito indeterminate, & aliquo modo determinatè. Non aduersatur Caiet. D. Th.

Sed iam propositiones illas examinemus, in quibus hoc nomen Deus prædicato subicitur notionali, vt cum dicitur, Deus generat, Deus generatur, Deus spirat, Deus spiratur. De his enim ait S. D. in *textu* nomen Deus supponere vel personam vnā, vt in prima, secunda & quarta: vel duas, vt in tertia. Cai. autem ait nomen Deus in prima & secunda & consequenter etiam in tertia supponere pro hoc Deo tribus communi, de quo (inquit) verum est quod generat & generatur.

Vt autem appareat Cai. sententiam non aduersari doctrinæ D. Th. considerandum est naturæ substantiali pluribus communi concrete sumptæ dupliciter aliquid posse conuenire: Vno modo ratione sui, prout à suppositis distinguitur sicut homini conuenit esse pluribus communicabile, aut esse speciem. Alio modo ratione vnius vel plurium suppositorum, vt generare, currere, stare aut sedere conuenit homini ratione suppositi vnius vel plurium: Petro namque corrente vera est hæc enuntiatio, homo currit. Cum igitur actus prædicti notionales vni vel pluribus personis conueniant, necesse est etiam de Deo tribus personis communi prædicari: vt quæadmodum verè & propriè dicimus Patrem generare, ita vere ac propriè dicamus hunc Deum generare, non vt distinguitur à patre, siue secundum se; sicut enim si rem distingueretur hic Deus à filio, quod est hæreticum: & personis omnibus generatio cōueniret; namquæ Deo congruunt, vt Deus est, personis omnibus sunt communia: sed quate-

nus hic Deus per identitatem est in patre, adeo vt ratione personæ patris Deo conueniat, & verè de eo dicatur generare. Et idem dicendum est de cæteris actibus notionalibus.

Sed videtur aduersari his dictū illud Caietani, videlicet Deum ex adiuncto notionali constituere propositionem indefinitam supponendo personaliter; igitur in ea propositione, Deus generat, non sumitur secundum Cai. subiectum illud Deus pro hoc Deo, quatenus per identitatem est in patre, siue prout est idē, quod persona patris, sed indefinite. Cuius tamen oppositum videtur affirmare S. Th. in hoc articulo, vt paulò ante notauimus. Ait enim hoc nomen Deus quandoque supponere personam vnā tantum, vt cum dicitur, Deus generat: quandoque duas, vt cum dicitur, Deus spirat. Et in 1. dist. 4. q. 1. a. 2. sic ait: *In hac propositione, Deus generat Deum, in supposito stat pro Patre, in appposito pro filio*. Ad cuius difficultatis euentiam recolenda est doctrina D. Th. hic in respons. solut. ad 3. superius explicata, videlicet hoc nomen Deus per se primò supponere pro natura communi, prout est in habente, id est pro hoc Deo: sed ex adiuncto determinari eius suppositionem ad personam. Vnde inquit S. Th. cum dicitur, Deus generat: ratione actus notionalis supponit ly Deus pro persona patris. Quod non ita intelligendum est, vt suppositione personæ patris excludatur suppositio pro hoc Deo tribus personis communi: naturalis enim ac per se primò nominis suppositio per eam excludi nequaquā potest, quæ eidem nomini secundariò, & concomitanter tantum conuenit. Si namque dicendo, homo currit, Petro solo corrente, ita verificatur de Petro dicta propositio, vt nō excludatur communis natura, quam in concreto significat, & non supponit hoc nomen homo: multo magis dicendo, Deus generat, non excluditur hic Deus, qui non tantum eo nomine significatur, sed etiam per se primò supponitur. Cum itaque dicitur, Deus generat Deum, nomen Deus, à parte subiecti pro vtroque supponit, nimirum pro hoc Deo singulari tribus cōmuni, & pro persona patris, sed diuersa ratione. Nam in quolibet agente tria consideramus: Primum est agens cui conuenit actio: secundum est ratio agendi: tertium est modus & conditio ad agendum necessaria; vt exempli gratia, in Petro generante cōsideratur primò persona Petri, cui propriè conuenit agere, vt rei personaliter subsistēti: secundò natura, quæ est ei ratio agendi: tertio singularitas & existentia in rerum natura: vt modus & conditio necessaria ad agendum. Sunt enim actiones in singularibus tantū existentibus. Sic igitur in proposito tria cōsideramus in Deo generante. Primum est id, cui verè & propriè cōuenit generatio: hoc verò est id, cui conuenit subsistere singulariter in diuina natura; sunt enim actiones propriæ subsistentiū. Cum aut sit duplex in diuina natura subsistens, nimirum hic Deus, & hæc persona puta pater: vtrique necesse est generationem conuenire. Et cum essentia, quæ ratio est generandi, includatur intrinsecè tã in hoc Deo, quàm in patre: ex hac etiam parte, vtrisque conuenit generatio. Sed differentia est in tertio, videlicet in modo & conditione ad generationem necessaria; quia nomē patris personā significat, & supponi incommunicabiliter existentem, & vt generationis principium; Pater enim est principium filij. At hoc nomen Deus significat, ac per se primò supponit deitatem in concreto communicabiliter subsistentem, cui pro-

Obiectio.

Solut.

E

proinde sic præcisè sumptæ non potest conue-
nire generatio, nec vlla notionalis actio, quæ
suppositi propria est incommunicabiliter exi-
stentis. Quoniam itaque Deus per se primò
subsistens est & existens, potest verè dici gene-
rans & generatus, spirans & spiratus. Sed quia de
est illi præcisè sumpto, incommunicabilitas, id-
circo neque sic præcisè suæ abstracte sumptus
dicendus est generare, sed quatenus idem est,
quod pater aut paternitas, aut quatenus modi-
ficatur quodammodo paternitate. Quò fit, vt
rectè dixerit Cai. nomen illud Deus in dicta
propositione supponere pro hoc Deo: & rur-
sus affirmaverit esse propositionem indefinitam,
cum dicitur, Deus generat; est enim hæc propo-
sitiō singularis respectu primò significati &
suppositi, qui est hic Deus; est etiam indefinita,
quatenus nomen illud Deus est terminus plu-
ribus personis communis. Et quamvis dicatur
contrahi per notionale generat ad standū pro
persona patris, & ita sit simpliciter loquendo;
quia tamen prædicatum illud, generat, potest
ad subiectum dupliciter comparari, vno modo
absolute, alio modo vt actum habet limitandi
intelligentiā nostram ad patrem, cui soli con-
uenit generare: idcirco, licet posteriori modo
sumendo prædicatum illud in ordine ad subie-
ctum, quod est Deus, supponere dicatur Deus
pro personæ Patris: si tamē absolute sumatur
prædicatum, indefinitam reddit propositionē.
Sed quia de persona sola patris verificatur, quā-
doque dicit S. Tho. & alij pro patre supponere;
sicut si dicerem in hac propositione, homo
currit, hominem supponere pro Petro, qui so-
lus inuenitur currens: cum tamen logicè lo-
quendo, in dicta propositione supponat homo
pro singulari indefinitè. Sed apud Philosophū &
Theologum rei veritatem speculātem, pro eo-
dem sumitur id pro quo supponit nomen, & id
pro quo verificatur: præsertim cum prædica-
tum vni soli supposito sic cōgruit vt alijs repu-
gnet: sicut actus generandi sic patri cōuenit, vt
alijs repugnet in Deo personis. Propter quam
causam existimo receptum esse communiter
modum illum dicendi, per actum scilicet no-
tionalem contrahi nomen Dei ad supponendum
determinatè: quod non aduertit Ripa.

In hac pro-
positione fal-
sa, Deus non
generat, hoc
nomen Deum
supponere
per se primò
pro hoc Deo.
Secunda-
riò pro per-
sonis.
De ultimo
genere præ-
dicatorum
Dei.

Hinc patet nobis aditus ad negatiuæ propo-
sitionis examen, quam hic S. D. falsam esse pro-
nunciat, videlicet, *Deus non generat*: supponit
enim per se primò Deus pro concreto deitatis, id
est pro hoc Deo: secundariò verò & concomi-
tante supponit pro personis. Cū ergo dicitur,
Deus non generat: negatur non ab hoc Deo tan-
tum, sed à personis omnibus generatio: atque
ideò falsa est propositio; fit enim sensus: Deum
neque secundum se, neque prout est in aliqua
persona generare. Vim enim habet differentem
negatio appposita termino communi, & appo-
sita termino singulari. Nam si postponatur ne-
gatio termino communi, non distribuit illum
respectu singularium: dicendo namque homo
non ambulat, non significatur nullum homi-
nem ambulare, sed est indefinita propositio: &
ad eius veritatem satis est esse negationem illā
in vno singulari. Si verò postponatur termino
singulari, vim habet distribuendi pro omni
loco, & alijs ad ambulationem in Petro perti-
nentibus, vt ait Capr. in 1. distinct. 4. q. 1. a.
2.

Cum itaque Deus primò vim habeat termi-
ni singularis, & supponat pro hoc Deo singu-
lariter subsistente: secundariò verò vim habeat

termini cōmunis, quatenus secundum rem inue-
nitur in tribus personis, vt vna res cū eis simpli-
cissima, atq; ideò secundariò supponat indefini-
tè pro personis: consequens est, vt negatio non
solū præposita, sed etiam postposita huic ter-
mino Deus, illum plenè distribuatur, tam quo
ad singulare deitatis, quod primò supponit,
quā quo ad singula in eo existentia supposita,
pro quibus indistinctè & secundariò supponit;
alioquin si vni supposito conuenit generare, iā
Deo singulari, vt in eo est, conueniet generare.
Est itaque falsa dicta propositio, quia personæ
patris verè conuenit generare, & consequenter
Deo, prout est persona patris. Negatio verò tā
à Deo, quā à Patre, & quauis diuina persona
remouet actum generandi, vt ait Capr. loco
proxime notato. Cum itaque nomen illud Deus
in dictis duabus propositionibus, scilicet Deus
generat, & Deus non generat, eandem pror-
sus habeat suppositionem, scilicet pro hoc
Deo primariò, & secundariò pro persona vel
pro personis: consequens est eas esse verè &
proprie contradictorias: & affirmantem esse
veram, negantem verò falsam. Cum enim ait
S. D. ad 3. per eam propositionem, Deus non
generat, significari generationem repugnare
diuinæ naturæ, videtur insinuare diuinæ naturæ
in concreto conuenire generationem, non ab-
solutè, sed in vno supposito, scil. patre, vt hic
& in sequenti articulo constanter affirmat Cai. &
post eum Ban. Mol. Vasq. Sur. & Zumel.
qui tamen existimat non satis proprie di-
ci hunc Deum subsistentem absolute gene-
rare. Sed iam ostendimus id proprie dici pos-
se.

Ex dictis sequitur vanum esse laborem Cana-
riensis, Zumel. & Ban. qui ad sustinendam con-
tradictionem dictarum propositionum affir-
mant nomen Dei in vtraque propositione stare
pro persona patris.

Resistit
sententia
Canariensis,
Zumelii, &
Bannelij.

Patet etiam eorum argumenta contra Caiet.
nihil concludere. Non enim affirmat Deum à
personis abstractum generare, sed simpliciter
hunc Deum generare, quod verissimum est: ge-
nerat enim prout est subsistens vt quod in per-
sona patris.

Denique patet, quid dicendum sit de hac pro-
positione, Deus est de Deo: Nam denotat vox
illa, de, ordinem originis personæ procedentis
à principio, ratione cuius supponit terminus
ille Deus, non solum pro hoc Deo, sed etiam
personaliter indefinitè, tam ex parte subiecti,
quā ex parte prædicati; & fit sensus: perso-
nam procedentem, quæ Deus est, esse à princi-
pio producente qui Deus est. In symbolo verò
restringitur ad filium, de quo solo profertur
ibi dicta propositio.

4. genus
predicatorū
de Deo.

Præter dictas propositiones sunt etiam alia
quatuor, quas A. D. examinat in quarto &
quinto, argumento, & eorum responsionibus:
de quibus infra.

PRIMA CONCL. Hoc nomen Deus, si non li-
mitetur per aliquid additū, semper supponit pro sub-
sistente essentialiter, siue pro essentia in concreto pri-
mò & immediate, secundariò verò pro personis inde-
finitè.

Conclusio-
nes deduc-
tæ, & pro-
bate.

SECUNDA CONCL. In hac propositione, Deus
est communis tribus, subiectum illud Deus supponit
pro hoc Deo, prout distinguitur à personis.

TERTIA CONCL. In his duabus propositioni-
bus, Deus creat, & Soli Deo honor, & gloria, Deus
supponit primò, & immediate pro natura diuina in
concreto, siue pro hoc Deo, secundariò verò & mediate
pro

pro

pro omnibus personis, tam collectivè quàm divi-
sive.

QUARTA CONCLVS. In hac propositione,
Deus est Trinitas: nomen Deus supponit non pro
hoc Deo tantum, sed pro omnibus personis colle-
ctivè.

QUINTA CONCL. In his propositionibus,
Deus generat, Deus generatur, Deus spirat, Deus spi-
ratur, nomen Deus supponit tam pro hoc Deo, quàm
pro persona, ut in prima, secunda & quarta, & pro
personis, ut in tertia.

SEXTA CONCLVSIO. Hac propositio, Deus
generat, & alia prædicta, sunt indefinita de rigore
logico, quamvis ut singulares accipiantur à Theolo-
gis.

SEPTIMA CONCL. In hac propositione, Deus
non generat, nomen Deus supponit non pro persona
patris, sed per se primò pro concreto deitatis, secun-
dario verò & concomitantè supponit pro personis, &
est propositio uniuersalis: & ideo falsa & opponitur
contradictoriè huic, Deus generat.

OCTAVA CONCL. Duo dicta D. Thom. circa
suppositionem personalem huius nominis Deus, qua
videntur contraria, conciliantur optimè à Caieta-
no.

Argumenta
& solutio-
nes. CONTRA 1. & 2. concl. sunt argumen-
ta Barth. Spinæ, Val. & Valsq. & aliorum
negantium subsistentiam essentiali in Deo
ratione distinctam à personali, quæ sunt cu-
mulatè soluta in præcedenti controuersia.

Obi. cont. 3.
concl. CONTRA tertiam argum. Zumel. Sub hac
propositione, Soli Deo honor, & gloria, non li-
cet descendere; ergo terminus Deus supponit
pro tota Trinitate per modum collectionis.
Antecedens probatur; quia neque soli Patri, ne-
que soli filio debetur honor & gloria. Resp. nul-
lam esse consequ. immò sequitur oppositum;
nam ideo sub communi subiecto, ut substat a-
licui communi prædicato cum dictione exclu-
siua, non licet descendere; quia singulis sub sub-
iecto directe sumptis conuenit prædicatū. Ex-
empli gratia sub hac propositione, solus homo
est rationalis, non licet descendere dicendo, so-
lus Sortes est rationalis: quia prædicatum illud
rationalis conuenit singulis indiuiduis sub ho-
mine positis. Similiter sub hac, Solus Deus cre-
at, non licet descendere propter eandem cau-
sam, quia scilicet creare conuenit singulis per-
sonis; igitur etiam in hac, Soli Deo honor, & glo-
ria, non licet descendere: quia non solum om-
nibus collectivè, sed etiā singulis debetur ho-
nor & gloria.

Obi. cont. 4.
concl. CONTRA quartam argumentatur Caiet. au-
thoritate D. Th. infra a. 6. ubi sic loquitur: Et
quia hoc nomen Deus per se habet, quòd supponat pro
essentia: ideo sicut hac est vera, essentia est tres per-
sonæ, ita hac est vera, Deus est tres personæ. Re-
spondetur nullam esse consequentiam; quam-
uis enim in ea propositione nomen Deus pri-
mario supponat pro essentia, secundo tamè
supponit pro personis collectivè. Nec D. Th.
primum affirmando negat secundum, sed tan-
tum in respons. ad 1. illius a. dicit pro nullo sup-
positionem, Deus est Trinitas: quia ni-
mirum de nulla verificatur singulari persona.

Obiect. cont.
5. concl. CONTRA Quintam concl. argum. Capr. ex
verbis D. Thom. in corp. art. quibus relatis ita
concludit: Vult ergo dicere, quòd in i-
sta, Deus generat Deum, subiectum sup-
ponit determinatè pro persona patris, se-
cludendo essentiam ratione additi perso-
nalis. Respond. non rectè deduci ex verbis

D. Tho. naturam in concreto excludi à suppo-
sitione huius nominis Deus, cum dicitur, Deus
generat Deum; affirmat enim tantum contra
relatam opinionem, hoc nomen Deus secun-
dum se posse supponere pro persona vna vel
pluribus: non tamen sequitur; ergo cum pro
persona supponit excluditur essentia in con-
creto, sed potius oppositum; quia subsistentia
per se primò conuenit huic Deo; igitur prout
modificatur paternitate, siue prout est in patre,
vel ut est persona patris, generat; quamvis se-
cundum se siue abstractè sumptus non generet
neque generetur.

Contra eandem conclusionem sunt argumen-
ta Turr. siue Canariensis, Zumel. & aliorum
probandum hunc Deum, prout abstrahitur à
personis, non generare neque generari, quod
libenter admittimus, nec oppositum asserit Cai-
et. cuius mentem superius explicauimus.

CONTRA sextam concl. argumentatur Sua-
rez. Primò S. Tho. in hoc articulo vult in hac pro-
positione, Deus generat, subiectum restringi à
prædicato & determinari, ut solum supponat
pro persona patris, ergo &c. Resp. D. Th. loqui
de suppositione non in rigore logico, sed The-
ologice, ut idem sit supponere, quod verifi-
cari, ut ante diximus.

Secundò. In dicta & similibus propositioni-
bus semper loquimur de Deo, ut de re omnino
singulari, & certa, quo ad prædicatum, quod
de illo affirmamus: Ergo &c. Resp. nullam esse
conseq. Nam in primis hic Deus est singularis
& rationem etiam habet termini communis.
Et quamvis ratione talis prædicati verificetur
propositio de sola persona patris; non tamen
sequitur, ergo pro illa determinatè supponit.
Vnde etiam S. Thom. supra qu. 36. ar. ult. ad 4.
ait: Cum dicit, pater, & filius sunt vnum princi-
pium Spiritus sancti, hoc quod dico principium, non
habet determinatam suppositionem immò confu-
sam pro duabus personis simul: quem locum etiam
notauit Capr.

Tertiò. Quando de communi termino prædi-
catur aliquid, quod solum potest conuenire
còmuni naturæ ut sic, subiectum restringitur à
prædicato ad supponendum tantum pro illa;
ut in hac, homo est species, & in hac, Deus est
communis tribus personis; ergo & è contrario,
quando prædicatur aliquid de termino com-
muni, quod tantum ratione vnius personæ po-
test illi conuenire, subiectum illud determina-
tur ad supponendum pro illa persona. Cum ita-
que generare solū ratione vnius personæ pos-
sit Deo conuenire, sequitur ut determinetur
subiectum ad supponendum pro illa. Eodem
argumento utitur Zumel. disp. 2. Resp. nullam
esse consequ. quia species prædicatum est, quod
re ipsa & ex forma propositionis homini tan-
tum pro natura sumpto, quæ vna tantum est,
potest còuenire: & similiter esse commune tri-
bus personis, soli potest diuine nature congru-
ere, quæ vna numero est. Generare verò, quam-
uis re ipsa soli patri possit conuenire, non est ta-
men pater sola in Deo persona: & ideo ex vi &
forma propositionis non magis determinatur
hoc nomē Deus ad vnā quàm ad aliam vel ad
plures in Deo personas. Vnde fidelis de solo nu-
mero personarum instructus, non autè de mo-
do processionis aut distinctionis earum, audita
hac propositione Deus generat, remaneret an-
ceps, an Deus prout vnus est generaret perso-
nas: an vna persona generaret duas, vel prima ge-
neraret secundam, & secunda tertiam, vel duæ
ter-

tertiam generarent. Est igitur praedicta propositio indefinita, non minus quam haec, homo generat, vno solo generante, si vim eius spectemus ac formam: quamvis apud fideles plenè de mysterio Trinitatis instructos, & praesertim Theologos acceptetur dicta propositio pro singulari, eo quòd de solo Patre verificetur.

Ob. 1. cōt. 7.
concl.

CONTRA septimam concl. argum. Torres. In hac affirmante propositione, Deus generat, praedicatum restringit subiectum ad supponendum solum pro patre. Vel ergo illud praedicatum cum illa restrictione potest negari de subiecto, vel non: Secundum nullus sanæ mentis dicit: *primò*; quia negatio addita propositioni reddit sensum oppositum, & negat quod antea affirmabatur cum omnibus proprietatibus logicalibus; ergo &c. *Secundò*; quia hoc dato, esset aliqua propositio, cui non posset assignari contradictoria; ergo necesse est dare primum, videlicet, quòd illud praedicatum generat, cū restrictione negari possit de subiecto; at non potest alio modo negari, nisi dicendo Deus nō generat; ergo in negatiua Deus pro patre supponit. Eodem argumento vtitur Zumel. *Respondetur* primò falsum esse assumptum in sensu iam expresso. Secundò admissio illo principio, dico praedicatū illius propositionis, Deus generat, posse negari, sed non cum illa restrictione: quia negatio appositā illi praedicato generat, eo ipso, quòd tollit praedicatum, quo solo restringebatur subiectum, tollit subiecti restrictionem, & tamen est contradictoria eo modo, quo negatiua vniuersalis contradicit affirmatiuae particulari vel indefinitae. *Ad argumenta* verò, quae probant oppositum, ad primum dico verum esse antecedens per se loquendo, remanente scilicet eadem subiecti determinatione: sed si contingat per additam negationem tolli determinationem, vt in proposito, non est verum antecedens. *Ad secundum* dico posse dictae propositioni assignari contradictoriam, si addatur subiecto determinatio, loco eius quae negatione destruitur, puta dicendo, Deus generans, non generat. Secundò dico iam assignatam fuisse contradictoriam. Et per haec soluantur alia similia argumenta Zumel. *disput. 2. dubio primo.*

Ob. 2.

Secundò, S. Thom. in responsione ad tertium ait in hac propositione, Deus non generat, hoc nomen Deus, non supponere pro filio sed pro patre; quia nullum est adiunctum in illa negatiua, quod coarctet hoc nomen Deus ad supponendum pro filio. Eodem argumento vtuntur Ban. & Zumel. *Respondetur* verba D. Tho. esse; Cum dicitur, Deus generat, ratione actus notionalis supponit hoc nomen Deus, pro persona patris: sed cum dicimus, Deus non generat, nihil additur, quod determinet hoc nomen ad personam filij. Vnde datur intelligi, quòd generatio repugnet naturae diuinae. Ex quibus verbis planius deducitur negationem plenè distribuere nomen Dei, & redde re propositionem vniuersalem, & significare generationem repugnare naturae diuinae, tam secundum se, quam ratione singulorum & omnium suppositorum, quam quòd remaneat limitatio ad personam patris, ob eam causam; quia non limitatur ad personam filij. Fatua est enim haec consequentia. Nihil additur, quod determinet hoc nomen Dei ad personam filij; ergo supponit pro persona patris cum possit negari generatio tam ab hoc Deo, quam à persona filij & Spiritus S. & ab omnibus omnino

Naz. in 1. part. D. Th. tom. 2.

A personis: sicut propriè negatur in dicta propositione, eo quòd negatio, vt aiunt logici, sit malignantis naturae, ac proinde vniuersaliter neget, & propositionem secundum apparentiam indefinitam reddat vniuersalem: vt patet, si quis diceret, homo non peccauit mortaliter, iudicaretur enim vniuersalis & falsa, licet quidam hominum lethaliter non deliquerint.

CONTRA eandem conclusionem pro ea parte quae affirmat hoc nomen Deus in hac propositione, Deus non generat, supponere pro hoc Deo, argumentatur Val. *Primò*. Quia non datur hic Deo distinctè subsistens à personis. *Secundò*. Quia si daretur, esset contra fidem dicere, quòd aliquid absolutum generet in diuinis. *Sed Solus.* *Obi. 3.* *hīs* fuit abundè satisfactum per ea, quae supra diximus.

CONTRA vltimam concl. arg. Torres & Zumel. Nomen Deus supponit etiam pro persona, cum supponit pro essentia; ergo S. Th. in corpore non loquitur de sola potentia huius nominis Deus ad supponendum pro persona, vt ait Caietanus. *Resp.* hoc nomen Deus secundum se supponere sēper pro persona indeterminatè absolute loquendo, sed cum addito notionali, puta Deus generat, supponit pro persona quodammodo determinatè & quodammodo indeterminatè. Nam secundum vsum Theologorū supponit pro persona patris, pro qua sola verificatur: sed ex vi & forma propositionis supponit indeterminatè, non simpliciter sed in ordine ad talem actum scilicet generare: & de hac suppositione indeterminata loquitur Cai. dicens hoc nomen Deus ex adiuncto trahi ad supponendum indeterminatè pro persona, scilicet in ordine ad talem actum notionalem, & in responsione ad tertium esse sermonem de reductione potentiae ad talem actum, scilicet suppositionis indeterminate tali modo: in corpore verò articuli sermonem esse de potentia ad supponendum pro persona tali modo. Quod autē dicunt Torres & Zumel. hoc nomen Deus ratione adiuncti notionalis supponere principaliter pro persona, verum est sumendo principaliter pro simpliciter; quoniam, vt supra diximus in persona tantum sunt omnes conditiones & modi ad actum notionalem necessarij.

CIRCA responsiones ad duo vltima argumenta vide si placet, quae scribit Vasq. *disput. 157. c. 7.* vbi tamen erat manifestè admittens hanc propositionem Deus genuit eundem Deum. Hanc enim refutat S. D. in 1. *disput. 4. q. 1. a. 3.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum nomina essentialia in abstracto significata, possint supponere pro persona.

AD Quintum sic proceditur. Videtur, quòd nomina essentialia in abstracto significato possint supponere pro persona, ita quòd haec sit vera, essentia generat essentiam. Dicit enim Aug. 7. de Trin. Pater & filius sunt vna sapientia, quia vna essentia: & singillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de prim. tom. 3. essentia.

2. Prater. Generatis nobis vel corruptis, generatur vel corrumpuntur ea, quae in nobis sunt: sed filius generatur. Ergo cum essentia diuina sit in filio, videtur quòd essentia diuina generetur.

3. Prater. Idem est Deus & essentia diuina, vt ex supra dictis patet. Sed haec est vera: Deus generat Deum, sicut dictum est. Ergo haec est vera: essentia generat essentiam.

4. Prater. De quocunque predicatur aliquid, potest

206.
1. *disput. 5. q. 1. art. 1.*
Li 7. de tri.
c. 1. circa fi.
cap. 2. in
singillatim
q. 3. a. 3.
q. 4.
art. 1. prae.

2

sup-

supponere pro iho. Sed essentia diuina est pater. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

5 Prat. Essentia est res generans, quia est Pater, qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans, & non generans: quod est impossibile.

Et 4. de tri.
c. 10. decli-
nando ad fi-
n. om. 3.

6 Prat. August. dicit in * 4. de Trin. Pater est principium totius deitatis: sed non est principium nisi generando vel spirando. Ergo pater generat vel spirat deitatem.

† Lib. 1. de
tri. c. 1. ante
med. 10. 3.

Sed contra est, quod Aug. dicit in † 1. de Trin. quod nulla res generat seipsam. Sed si essentia generat essentiam, non generat nisi seipsam, cum nihil sit in Deo, quod distinguatur à diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam.

Respondeo. Dicendum, quod circa hoc errauit Abbas Ioachim, asserens quod sicut dicitur, Deus genuit Deum: ita potest dici, quod essentia genuit essentiam, considerans quod propter diuinam simplicitatem non est alius Deus, quam diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit, quia ad veritatem locutionum, non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, ut dictum est * Licet autem secundum rem sit idem Deus, quod deitas, non tamen est idem modus significandi utrobique.

Art. præc.

Nam hoc nomen, Deus, quia significat diuinam essentiam, ut in habente, ex modo suæ significationis naturaliter habet, quod possit supponere pro persona. Et sic ea, quæ sunt propria personarum, possunt predicari de hoc nomine, Deus, ut dicitur, quod Deus est genitus, vel generans, sicut dictum est. * Sed hoc nomen, Essentia, non habet ex modo suæ significationis, quod supponat pro persona: quia significat essentiam, ut formam abstractam. Et ideo ea, quæ sunt propria personarum, quibus abinuiem distinguuntur, non possunt essentia attribui. Significaretur enim quod esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

Art. præc.

D. 436.

Ad Primum ergo dicendum, quod ad exprimendam unitatem essentia & persone, sancti doctores aliquando expressius locuti sunt, quam proprietas locutionis patitur. Vnde huiusmodi locutiones non sunt extendenda, sed exponenda, ut scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, vel etiam per nomina personalia: ut cum dicitur, Essentia de essentia, vel Sapientia de sapientia, sit sensus. Filius, qui est essentia, & sapientia, est de patre, qui est essentia & sapientia. c. In his tamen nominibus abstractis est quidam ordo attendendus: quia ea quæ pertinent ad actum, magis propinque se habent ad personas, quia actus sunt suppositorum. Vnde minus impropria est ista, Natura de natura, vel Sapientia de sapientia, quam Essentia de essentia.

b
208
216
b

Ad Secundum dicendum, quod in creaturis, generatum non accipit naturam eandem numero quam generans habet, sed aliam numero, quæ incipit in eo esse per generationem de nouo, & desinit esse per corruptionem: & ideo generatur, & corrumpitur per accidens. Sed Deus genitus eandem naturam numero accipit, quam generans habet. Et ideo natura diuina in filio non generatur, neque per se, neque per accidens.

Ad Tertium dicendum, quod licet Deus, & diuina essentia sint idem secundum rem, tamen ratione alterius modi significandi, oportet loqui diuersimode de utroque.

Ad Quartum dicendum, quod essentia diuina predicatur de patre per modum identitatis, propter diuinam simplicitatem: nec tamen sequitur, quod possit supponere pro patre, propter diuersum modum significandi. Ratio autem procederet in illis, quorum

A vnum predicatur de altero: sicut vniuersale de particulari.

Ad Quintum dicendum, quod hæc est differentia inter nomina substantiua, & adiectiua: quia nomina substantiua ferunt suum suppositum: adiectiua verò non, sed rem significatam ponunt circa substantiuum. Vnde Sophista dicunt, quod nomina substantiua supponunt, adiectiua verò non supponunt, sed copulant. Nomina igitur personalia substantiua possunt de essentia predicari propter identitatem rei. Neque sequitur, quod proprietates personalis distinctam determinet essentiam: e sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substantiuum. Sed notionalia, & personalia adiectiua, non possunt predicari de essentia, nisi aliquo substantiuo adiuncto. Vnde non possumus dicere quod essentia d

210.
b

est generans: possumus tamen dicere, quod essentia est res generans, vel Deus generans, si res, & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia. Vnde non est contradiçtio, si dicatur, quod essentia est res generans, & res non generans: quia primo res tenetur pro persona, secundo pro essentia.

D. 566.

Ad Sextum dicendum, quod deitas, inquantum est vna in pluribus suppositis, habet quandam convenientiam cum forma nominis collectiui. Vnde cum dicitur, Pater est principium totius deitatis, potest sumi pro vniuersitate personarum, inquantum scilicet in omnibus personis diuinis ipse est principium. Nec oportet, quod sit principium suppositus: sicut aliquis de populo dicitur Rector totius populi, non tamen suppositus. Vel potest dici, quod est principium totius deitatis, non quia eam generet & spiraret: sed quia eam generando, & spirando communicat.

Sensus quesiti.

EX DIVISIONE articuloꝝ proposita in principio quaestionis apparet intentionem D. Th. tam in hoc, quam in precedenti articulo esse, querere de veritate propositionum, in quibus adiectiua notionalia aut verba vel participia, predicantur de nominibus essentialibus siue concretè sumptis, ut in precedenti articulo, siue abstractè, ut in presenti. Quod etiam apparet ex forma quesiti in principio primi argumenti proposita, sic enim ait: Videtur, quod nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona, ita quod hæc sit vera, essentia generat essentiam.

Forma Textus.

REPERT primo S. Doct. errorem Abbatis Ioachimi, affirmantis veram esse hanc propositionem, essentia generat essentiam: eo quod in diuinis ob summam simplicitatem sit idem Deus quod deitas, quæ est eius essentia.

Deinde statuit oppositam CONCLUSIO-
NEM, videlicet. Nomina essentialia abstracta non possunt supponere pro persona, ut scilicet ea quæ sunt propria personarum, quibus abinuiem distinguuntur, attribuantur essentia. Probatur. Licet sit idem Deus quod deitas, tamen hoc nomen Deus significat essentiam, ut in habente: hoc autem nomen essentia significat essentiam ut formam abstractam: ergo hoc nomen Deus ex modo suæ significationis naturaliter habet, ut possit supponere pro persona, ut dici verè possit, Deus est genitus vel generans: essentia verò non habet ex modo suæ significationis, ut supponat pro persona, ut scilicet quæ sunt propria personarum tribuantur essentia: dicendo essentia generat

&c.

&c. Consequentia verò probatur; quia ad veritatem loquutionum, non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi; ergo si Deus ex modo significandi naturaliter habet, ut possit supponere pro persona, essentia verò ex modo significandi id non habet sed oppositum, sequitur ut Deo possint attribui propria personarum, non autem essentia.

Expositio Textus.

AD INTELLIGENTIAM præsentis articuli, & præsertim responsionis ad quintum argumentum valde necessariae sunt sex ille regulæ, quas supra q. 32. a. 2. cont. 4. ex doctrina D. Th. posuimus ex quibus elucet, quamnam verè & congruè possint attribui nominibus diuinis abstractis, tam notionalibus vel personabilibus quam essentialibus; 1.

Lege præterea, quæ scribunt in hunc articulum Torres, Zumel. Mol. & Vasq. ex quibus tres primi notant Holcot de errore, quod dixerit nullam posse reddi rationem falsitatis huius propositionis, *essentia generat*: sed ecclesiam ex diuina reuelatione illam damnassee. Sed Vasq. illum ab iniuria vindicat.

Notat etiam Ripa in dictis interpretibus, scilicet Canariensi & Zumel. discrimen ab eis perperam assignatū inter alicuius termini suppositionem & verificationem, quod nullum esse contendit. Sed hæc minimæ utilitatis est questio.

Denique obserua longè diuersam esse rationem harum propositionum, *essentia generat*, aut *generatur*, & *essentia communicatur*; Nam primæ duæ sunt falsæ & hæreticæ; postrema vera est & Catholica, ut aduertit & explicat Vasq. An verò communicabilitas sit de essentia diuinitatis, id est, an sit eius prædicatum essentialiale, disputabimus infra q. 41. a. 5.

CIRCA responsionem ad secundum vide argumenta, quæ refert Iauel. & soluit ex Capr. in 1. dist. 5. q. 1.

Circa responsionem ad vltimum argumentum vide, quæ supra diximus q. 33. a. 1. de illa propositione *Pater est principium totius deitatis*.

ARTICVLVS SEXTVS.

Virum personæ possint prædicari de nominibus essentialibus.

207.
1. dist. 4. q. 3.
2. a. 2. ad 5.

AD Sextum sic proceditur. Videtur, quod personæ non possint prædicari de nominibus essentialibus concretis, ut dicatur, *Deus est tres persone*, vel *est trinitas*. Hæc enim est falsa, *Homo est omnis homo*: quia pro nullo suppositorum verificari potest. Neque enim *Sor. est omnis homo*, neque *Plato, neg.*, aliquis alius. Sed similiter ista, *Deus est trinitas*, pro nullo suppositorum naturæ diuinæ verificari potest. Neque enim *pater est trinitas*, neque *filius*, neque *Spiritus sanctus*. Ergo hæc est falsa, *Deus est trinitas*.

2. Præter. Inferiora non prædicantur de suis superioribus, nisi accidentali prædicatione: ut cum dico, *Animal est homo*: accidit enim animali esse hominem. Sed hoc nomen, *Deus*, se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, ut Damasc. dicit. * Ergo videtur quod nomina personarum non possint prædicari de hoc nomine, *Deus*, nisi accidentaliter.

Sed contra est, quod August. dicit in lib. de fide ad Pe. Credimus unum Deum, unam esse diuini nominis trinitatem.

Respon. Dicendum, quod (sicut iam dictum est) licet nomina personalia vel notionalia adiectiua, non possint prædicari de essentia: tamen substantiua possunt propter realem identitatem essentia & persone. Essentia autem diuina non solum idem est realiter cum una persona, sed cum tribus. Unde & una persona & duæ & tres, possunt de essentia prædicari: ut si dicamus, *essentia est pater*, & *filius*, & *Spiritus sanctus*. Et quia hoc nomen *Deus*, per se habet quod supponat pro essentia (ut dictum est) ideo sicut hæc est vera, *essentia est tres persone*, ita hæc est vera, *Deus est tres persone*.

Ad Primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) hoc nomen *homo* d per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto habet quod stet pro natura communi. Et ideo hæc est falsa, *homo est omnis homo*. quia pro nullo supposito verificari potest. Sed hoc nomen *Deus* per se habet, quod stet pro essentia. Unde licet pro nullo suppositorum diuina natura hæc sit vera, *Deus est trinitas*, est tamen vera pro essentia: quod non attendens Porrethanus, eam negauit.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, *Deus vel diuina essentia est pater*, est d prædicatio per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori: quia in diuino non est verisimile, & singulare. Unde d sicut est per se ista, *pater est Deus*, ita & ista, *Deus est pater*: & nullo modo per accidens.

Forma Textus.

CONCL. est. Nomina personalia vel notionalia adiectiua non possunt prædicari de essentia abstractè sumpta: substantiua verò possunt prædicari de essentia, tam in abstracto, quam in concreto. Tres habet partes hæc conclusio. Prima pars, videlicet adiectiua notionalia siue personalia non prædicari de essentia abstractè sumpta, probata fuit in articulo præcedente. Secunda verò pars, videlicet substantiua prædicari de essentia abstractè concepta, probatur. Essentia diuina idem est essentialiter non solum cum una persona, sed cum tribus; ergo & una persona, & duæ, & tres possunt de essentia prædicari: ut si dicamus, *essentia est Pater*, & *filius* & *Spiritus sanctus*. Tertia denique pars, nimirum substantiua notionalia prædicari de essentia concretè sumpta, probatur. Hoc nomen *Deus* per se habet, quod supponat pro essentia; ergo sicut hæc est vera, *essentia est tres persone*: ita hæc est vera, *Deus est tres persone*.

Expositio Textus.

STATVITUR tertia pars conclusionis contra Gilb. Porreth. affirmantem hanc esse falsam, *Deus est Trinitas siue tres persone*, ut hic ait S. D. ad primum, & aduertit Torres. Sed Vasquez pro Gilb. ex parte defendit Vasq. dicens Gilb. solum docuisse Deum aliquando poni pro essentia, & tunc concedendum esse simpliciter Deum esse suam deitatem; quia sic Deum ex natura rei ab ea non distinguebat; aliquando verò supponi pro persona, & tunc dici non posse, *Deus est sua deitas*; quia personam a deitate ex natura rei distinguebat. Quare (inquit) eodem modo negaret hanc propositionem, *Deus est tres persone*, si *Deus* supponeretur pro essentia; at si supponeretur pro personis, eam concederet in aliquo sensu; quando nimirum pro omnibus collectiue poneretur. Nam si pro aliqua tantum, eam sine dubio negaret, sicut etiam Thomista. Hæc ille. In quibus verbis duor sunt

Z 2 sunt

*Quidam pro
Gilbertore
sunt.*

sunt manifestè falsa. *Primum* est, Porrect. ob A
solam distinctionem ex natura rei negaturum
illam propositionem, Deus est tres personæ.
Nam si ita est, Scotus etiam & eius Schola ean-
dem propositionem negarent, quam tamen
Catholicè confitentur. *Secundum* est, quod sup-
ponit, videlicet Porrectanum cognouisse in
hoc nomine Deus duplicem personalem sup-
positionem, scilicet pro omnibus collectivè &
pro aliqua tantum: nullam enim suppositionem
personalem huic Deo tribuebat: arbitrabatur
enim relationes, & consequenter personas esse
Deo extrinsecus affixas, & consequenter reali-
ter ab eo distinctas. Dicamus itaque cum D.
Th. & Torrensi Porrect. simpliciter negasse di-
ctam propositionem, quam postea definiuit
Concilium Later. ut dicitur in cap. *Damnamus
de summa Trinitate, & fide Catholica* per hæc ver-
ba: *Vna quadam summa res est, incomprehensibilis
quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & fi-
lius, & Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac sigil-
latim qualibet earum.* Argumenta verò Porre-
ctani sunt ea, ut ait Torres, quæ proponit &
soluit S. Th.

*An prædica-
tur aliquid
de Deo per
accidens.*

Aduerte præterea Canariensem hic disputare,
num de Deo prædicetur aliquid per accidens
siue accidentaliter: & sustinet partem negantem
ut tutiorem: quamvis oppositam non rejiciat.
Sed logica distinctione valde trita, quam et-
iam hic tangit Vasquez, absoluitur difficultas.
Nam si sermo sit de prædicato accidentali, quod
est accidens reale & prædicamentale distinctum
contra substantiam, negandum est quidquam
de Deo accidentaliter prædicari. Si verò lo-
quamur de accidente prædicabili, prout à Por-
phyrio diffinitur, certum est multa de Deo
accidentaliter prædicari, ut esse dominum, crea-
torem, saluatorem & similia: quo sensu dicitur
etiam hæc esse per accidens formaliter loquen-
do, Deus est Pater.

CONTROVERSIA VNICA.

*An hæc propositiones sint per se & formales: Pater
est Deus: Deus est Pater: Deus est Trinitas, vel tres
personæ: essentia est Pater: essentia est tres perso-
næ.*

*Sententia
Explicitorum*

IAVELLVS *supra* quest. 33. art. 3. dicit qua-
tuor. *Primum* est. Prædicatum hoc Deus sum-
ptum in recto non est de intellectu patris. *Secundum*.
Hæc non est formalis, Pater est Deus. Quod idem
affirmat quest. 30. art. 4. *Tertium*. Si
prædicatum Deus sumatur in obliquo, est de
intellectu patris; quia pater est quid subsistens
paternitate distinctum in Deo. *Quartum*. Pater
non est de intellectu Dei, nec in recto, nec in
obliquo. Sed in hoc art. ait hanc, Pater est Deus,
esse per se formaliter & identicè: hanc verò,
Deus est pater, esse per se tantum identicè.

Sylu. dicit duo. *Primum*. Omnis propositio
per se videtur formalis. *Secundum*. Hæc pro-
positio, Deus est pater, non est per se propriè, eo
modo quo de perfectitate loquitur Logicus: nisi
forte secundo modo perfectitatis reductiue, aut
per se impropriè, id est oppositè ad per acci-
dens, quod est accidens, & quod potest inesse
& non inesse: & per accidens, id est extrin-
secè denominans: & per accidens, id est per a-
liud: & per accidens, quia prædicatum non est
de ratione subiecti: & per accidens, ad per se
logicè primo modo.

Torres dicit duo. *Primum*. Ista, Pater est
Deus, Pater est deitas, vel natura diuina, aut
essentia diuina, est per se & essentialis. *Secundum*.
Prædicationes, in quibus personæ diuinæ, aut
earum Trinitas, aut relationes ipsarum, aut a-
ctus illarum notiones prædicantur de Deo,
aut natura diuina, nullo modo sunt per acci-
dens, sed per se. Eandem sententiam sequitur
Molina dicens tamen hanc, Deus est Pater, non
esse per se essentialem.

Valentia dicit hanc propositionem, Deus est
Trinitas, esse per se; quia prædicatum est de in-
trinseca ratione subiecti.

Vasquez dicit sex. *Primum*. Hæc propositio,
diuinitas est pater, est per se tantum identicè.
Secundum. Hæc, Deus est pater, est per se in
sensu formali, ac proinde ei licet addere par-
ticulam in quantum, & secundum quod ipsum,
hoc modo: Deus secundum quod Deus, vel in-
quantum Deus est Pater. *Tertium*. Hæc pro-
positio, Deus in quantum Deus est Pater, est per
se in secundo modo. *Quartum*. Hæc propositio,
Pater est Deus, est in primo modo dicendi per
se. *Quintum*. Hæc, Pater est Deus, est directè
propositio, illa verò, Deus est Pater, videtur
habere speciem indirecte. *Sexum*. Non licet
dicere Pater eo est Pater quo Deus, & eo est
Deus quo Pater: quoniam hoc modo loquendi,
non tantum significatur prædicatum per se cõ-
uenire subiecto, sed etiam eodem formaliter
constitui subiectum; & prædicatum, in ratione
talis, quod est falsum.

Suar. lib. 4. de Trin. c. 6. & 7. dicit quinque.
Primum. Deitas est pater, est per se identicè. *Se-
cundum*. Hæc propositio, Deus est pater, est
per se formalis in secundo modo: proprius ta-
men dicitur esse identica. *Tertium*. Hæc pro-
positio, Deus est Trinitas, est per se in secundo
modo, siue supponat pro hoc Deo communi-
ter subsistente, siue collectivè pro tribus per-
sonis. *Quartum*. Hæc, Deus in quantum
Deus est Trinitas, vera est, si dictio illa, in qua-
rum, non reduplicet rationem formalem, per
quam conuenit prædicatum, sed tantum radi-
calem. *Quintum*. Hæc est per se essentialiter, Pa-
ternitas est essentia, licet quo ad formam præ-
dicationis non sit per se, ut significat S. Th. de
potentia, q. 8. a. 2. ad 6. dicens neutram harum
esse per se, videlicet essentia est paternitas, &
paternitas est essentia.

Hic multa supponenda sunt, quæ supra
latè probauimus *questione vigesima octaua, arti-
culo secundo, controuersia prima*: Præcipua verò
sunt quatuor. *Primum*: inter essentiam & rela-
tiones nullam esse distinctionem actuale ex
natura rei sed virtuale seu fundamentalem
tantum. *Secundum*: essentiam secundum se esse
de intrinseca ratione relationis, & e contra.
Tertium: sumendo essentiam, ut idem est quod
substantia latè sumpta, & relationem secundum
suam completam & integram rationem, essen-
tiam intimè claudi in relatione, & e conuerso.
Quartum: sumendo essentiam præcisè & rela-
tionem præcisè, neutrum esse de ratione alte-
rius intrinseca.

Secundo observandum est posse aliquam pro-
positionem esse per se dupliciter. Vno modo
propriè, scilicet perfectitate logica: & hoc
dupliciter, quod attinet ad rem præsentem, sci-
licet in primo, vel in secundo modo dicendi
per se. Alio modo impropriè, & hoc tripli-
citer.

Resolutio.
Ex rationi-
bus, quibus
binæ essentia,
relations
& persona,
& distinctio
ne propo-
sitionum per
se, & diffi-
rentia præ-
dicationis i-
dentica, &
formalis o-
stenditur
veritas &
differentia
propositio-
nis, de quib.
est questio.
& concilia-
tur dicta D.
Thom.
Propositi-
o per se mul-
tiplex.

Propositio
per accidens
quatuor mo-
dis.

Propositio i-
dentica, &
formalis
quæ sit.

citer; primò quia prædicatum non potest non inesse subiecto, vt hæc, coruus est niger: secundò quia non denominat extrinsecè, vt hæc, Tullius est Cicero: tertio quia non prædicatur per aliud, sed immediatè secundum se, vt cum dico, Petrus est quantus. Ex opposito verò dicitur propositio per accidens quatuor modis: primò quia prædicatū significat aliquid, quod non est de quidditate aut ratione formali subiecti: secundò quia prædicatum significat aliquid extrinsecus adiacens subiecto, nec conuenit ei ab intrinseco, vt in hac, Petrus est albus: tertio quia significat aliquid extrinsecè denominans, sine quo res potest esse, vt in hac, Sortes sedet, vel est in foro: quartò quia significat aliquid per aliud, vt albedo est quanta.

Tertio sciendum est duplicem esse prædicationem, scilicet identicam & formalem: quæ distinguitur in quidditatiuam & denominatiuam. Identica prædicatio est, cum eadem rem significant prædicatum & subiectum, siue illam significant sub eadem ratione, vt cum dico, vestis est indumentum: siue sub diuersa, vt cum dicitur, actio est passio: siue in Deo, essentia est sapientia, & intellectus est voluntas. Formalis autem prædicatio est, quando prædicatū est forma, vel significatur vt forma subiecti: & quando prædicatum includitur in conceptu subiecti, dicitur formalis quidditatiua, vt in hac, homo est animal, vel homo est rationalis, vel homo est animal rationale. Cum verò prædicatum dicit formam accidentalem inhaerentem subiecto, vt in hac, homo est albus: vel extrinsecam, vt Petrus est in foro: vel etiam quando prædicatum conuenit subiecto in secundo modo, etiam si realiter non distinguatur à subiecto, vt in hac, ens est vnum vel bonum, est prædicatio formalis denominatiua. Ex quo sequitur, vt nō solum omnis quidditatiua propositio, sed quædam etiam denominatiua sit identica, & non tantum formalis.

De hac pater
est Deus

Ex dictis sequitur primò hanc esse per se & formalem quidditatiuam: Pater est Deus. Nam in diuinis essentia significatur per modum forme, vt supra dixit S. Th. in hac q. a. 3. quæ forma est tota quidditas diuinæ personæ. Et vniuersaliter loquendo, cum prædicatur natura in concreto de suo supposito, prædicatio est per se in primo modo, & formalis quidditatiua ob dictā causam; quia scilicet natura forma quædam est totalis sui suppositi, cuius est tota quidditas. Vnde Caiet. supra q. 30. a. 4. dixit in hac propositione, Pater est Deus, prædicatum esse essentialē: & in hac q. a. 3. ait S. Doct. nomina essentialia tam adiectiua, quàm substantiua significare formam, quæ est essentia. Cum igitur essentialē nomen in concreto prædicatur in diuinis de persona vna vel pluribus, est prædicatio per se formalis & quidditatiua, non minus quàm cum species aut genus, aut differentia aut tota diffinitio prædicatur de vno vel pluribus indiuiduis. Pro hoc facit id, quod supra notauimus q. 32. a. 2. controu. 4. in explicatione quartæ regulæ ex Angelico Doctore in tertio sententiarum, dist. 5. In fine, in expositione litteræ dicente substantiua significare non tantum formam, sed etiam suppositum formæ: atque idè posse prædicari ratione vtriusque. Et quando prædicantur ratione suppositi, dici prædicationem per identitatem: quando autem ratione formæ, dici per denominationem siue informationem, quæ est magis propria prædicatio, quia termi-

ni in prædicato tenentur formaliter. Adiectiua verò solam (inquit) significant formam, & idè non possunt prædicari nisi per informationem. Hæc ibi S. Doct. Cum autem nominibus abstractis nulla significetur informatio, sed magis formæ separatio: concretis autem vocibus forma significetur, vt in re cuius est forma, vt actu illam informans, ac suum esse conferens & denominans: consequens est abstracta prædicata non efficere sensum formalem sed identicum: concreta verò formam significantia, præsertim adiectiua, reddere sensum formalem. Quo fit, vt hæc non sint formales, sed identicæ, Pater est Deus, Pater est essentia, Paternitas est essentia, vel deitas, Persona diuina est essentia. Nam etsi deitas & essentia sint modo nostro intelligendi forma seu quidditas diuinæ personæ, his tamen abstractis nominibus non significatur vt informans, & quidditatiuè denominans sed vt realiter eadem cum persona.

De his pater
est deitas,
pater est es-
sentia, &c.

Sequitur præterea ex supradictis hanc non esse formalem, Deus est pater: Nam subiectum significat naturam, quæ concipitur, vt forma suppositi: prædicatum autem est suppositum, cuius formam intelligimus esse naturam; igitur nullo modo formalis est dicta propositio. Sed quia suppositum in diuinis & natura non sunt duæ sed vna res, idè propositio est identica, cum prædicatur persona de natura. An autem sit per se, respondet hic affirmatiuè Sanctus Doctor ad secundum dicens: Cum dicitur Deus, vel diuina essentia est Pater, est prædicatio per identitatem, non autem sicut inferioris, de superiori: quia in diuinis non est vniuersale, & singulare. Vnde, sicut est per se ista, Pater est Deus: ita & ista, Deus est Pater, & nullo modo per accidens. Quam responsionem explicans Caiet. ait duplicem esse prædicationem per se, scilicet identicam, & formalem: inter quas statuit differentiam, quòd identica per se non vocatur absolute per se, sed cum determinatione dicitur per se identica: at verò formalis dicitur absolute per se.

De hac, Deus
est Pater.

Et per hoc conciliat diuersa dicta D. Thom. quæ videntur contraria; nam in questione octaua de potentia Dei a. 2. ad 6. negat esse prædicationem per se, cum paternitas prædicatur de essentia: & ait in processu ex simili prædicatione constante incidere fallaciam accidentis: hic autem affirmat dictam prædicationem esse per se. Ibi namque loquitur de prædicatione per se formali, hic autem de per se identica, cum ait hanc, Deus est Pater, esse per se & nullo modo scilicet quo ad identitatem esse per accidens, & tamen interuenit fallacia accidentis quo ad formalitatem. Et hoc idem significauit S. D. in 1. dist. 4. q. 2. a. 2. ubi sic loquitur: Quia in diuinis est omnino indifferentia nature ad suppositum: & idè nec est ibi vniuersale, nec particulare. & idè sicut verè prædicatur essentia de persona, ita & è conuerso: sed verum est quòd quantum ad modum significandi, plus habet de proprietate propositio, in qua prædicatur essentia, quàm in qua prædicatur persona cum prædicatum se habeat loco formæ. & ibidem ad 3. sic ait: In diuinis non est aliquid accidentale, nec est ibi vniuersale, & particulare, & idè nihil dicitur ibi per accidens, neque per consequens sicut in creaturis, sed tantum attenditur ibi alius, & alius modus significandi. Hæc ibi. Cuius oppositum videtur dicere loco superius allegato de potentia, ubi subiungit in fine responsionis: Licet enim in Deo, nullum sit accidens, est

Conciliatur
dicta D. Th.

tamen quadam similitudo accidentis, in quantum ea A
qua de se inuicem prædicantur secundum accidens, &
differunt ratione, sunt vnum subiecto. Sed ex præ-
dicta distinctione facile conciliantur, vt pa-
tet.

Alium mo-
dus concili-
andi.

Possunt etiam hæc & alia similia, quæ videtur
pugnantia, conciliari dicendo nihil in Deo
prædicari per accidens, vt à substantia diuer-
sum & inhærens: aliquid tamen prædicari per
accidens & extrinsecè denominans, sine quo
res potest esse, quomodo relationes temporales
ad creaturas de Deo dicuntur per accidens.
Et præterea aliquid de Deo prædicari per ac-
cidens, quia non est de eius propria ratione; &
hoc modo prædicatur Pater, & qualibet alia B
diuina persona de Deo; quia Deus præcisè cō-
ceptus non includit in sui ratione Patrem aut
paternitatem, quamuis, vt diximus, ob summā
Dei simplicitatem & idēitatem naturæ & sup-
positi, sit prædicatio per se identica. Quod du-
pliciter potest explicari. Primò logicè loquen-
do cum Cai. in 3. parte q. 16. a. 2. dicendo pro-
positionem illam, *Deus est Pater*, posse esse per
se & per accidens, quia prædicatio per se postu-
lat, vt æqua de æquis, aut maiora de minoribus
prædicentur, est prædicatio per accidens,
vt si dicam, animal est homo: iam autem supra
sæpè diximus hoc nomen *Deus* secundum se,
feu naturaliter supponere pro natura com-
muni tribus personis; igitur cōmunius est no-
men Dei, quam nomen Patris aut Trinitatis.
Dicitur enim nomen Dei, de filio & Spiritu S.
qui nec simul nec singuli sunt Pater aut Trini-
tas; igitur hæc erit per accidens, *Deus est Pater*:
& similiter hæc, *Deus est Trinitas*. Si verò tollatur
communitas ab hoc nomine *Deus*, & re-
stringatur ad supponendum pro Patre, erit æ-
quale prædicatum subiecto, cum dicitur, *Deus*
est Pater: & erit prædicatio per se, non tamen
formalis sed identica.

D: hæc
Deus est
Trinitas.

Comparatio
quadruplex
inter rela-
tionem, &
essentiam.

Secundo potest explicari præfata doctrina ex
ijs, quæ latè diximus supra q. 28. a. 2. controuer-
sia prima, & in primo fundamento reduximus
ad quatuor capita. Nam si contemplerur ef-
sentiam & relationes prout sunt à parte rei, aut
etiam secundum integram vtriusque rationem,
vnum intrinsecè claudit alterum, & ideo sem-
per vnum de altero prædicatur per se: & consi-
derata prædicatione quo ad prædicatum à par-
te rei, formalis est. Sicut à parte rei, vna est &
simplicissima ratio formalis essentia, & rela-
tionis in Deo: quamuis secundum nostrum mo-
dum concipiendi superius explicatum sit tan-
tum identica. Si verò essentiam & relationes
præcisè concipiamus, prout vnum ab alio di-
stinguitur modo nostro intelligendi: sic vnū
non prædicatur de altero per se formaliter, sed
tantum identicè, & accidentaliter est prædicatio
relationis de essentia; quia dicitur minus com-
mune de magis communi: & prædicatum est ex-
tra rationem formalem subiecti, & è contra:
prædicatio verò essentia de relatione ob ean-
dem causam erit accidentaliter; quia scilicet ef-
sentia sic præcisè concepta est extra rationem,
siue conceptum relationis. Et hoc est, quod di-
xit S. Th. de potentia in dicta responsione ad sextū,
vbi eandem rationem adduxit.

Comparatio
personæ ad
essentiam.

De persona verò ad essentiam comparata a-
liter dicendum est: includit enim persona re-
lationem & essentiam intrinsecè, & ideo tam
relatio quam essentia, dicuntur per se de per-

sona: & sumendo essentiam in concreto,
prædicatur formaliter de persona vt ante di-
ximus.

Denique sequitur ex prædictis has propositio-
nes, *Deus est Pater*, vel *Deus est Trinitas*, non es-
se per se in secundo modo sed in primo, si lo-
quamur de per se identicè. Probatur sequela:
quia prædicatum non est passio, aut aliquid
passioni simile consequens ad subiectum: & ef-
sentia licet sit communis secundum rem, non
tamen est communis vt vniuersale, sed tanquā
vna res tribus indentificata realiter abinuicem
relatiuè distinctis, quæ in eius etiam ratione,
tam secundum se, quàm etiam apud nos inte-
grè sumpta, clauduntur intrinsecè, quamuis
non secundum rationem communicabilis; igitur
cum de Deo prædicatur vna vel plures aut
etiam omnes simul personæ, est prædicatio per
se in primo modo, cuius similis non reperitur
in creaturis.

Hæc: Deus
est Pater, &
Deus est Tri-
nitas, est per
se in primo
modo.

PRIMA CONCL. Non omnis propositio per se
est formalis, sed quedam est identica, & quedam
formalis. Hæc patet ex dictis.

Conclusio-
nes dedu-
ntur, & pro-
bata.

SECUNDA CONCL. Hæc propositio, *Pater est*
Deus, est per se in primo modo, & formalis.

TERTIA CONCLUSIO. Hæc propositio,
Deus est Pater, vel *Deus est Trinitas*, non est per
se formalis in secundo modo, & multò minus in pri-
mo.

QUARTA CONCL. Theologicè loquendo ea-
dem propositio, scilicet *Deus est Pater*, vel *Trinitas*,
est per se identica in primo modo, sumendo Deum
prout est secundum se, & prout à nobis concipitur in-
tegro & completo conceptu. Probatur; quia sic in-
cludit intrinsecè essentiam & relationes, vt o-
stensum est de mente D. Tho. in supra allegata
controu. q. 28. a. 2. Sed quoniam essentia sem-
per à nobis concipitur vt communior: & præ-
terea supposita nec sunt, nec significantur vt
formæ, idcirco nec verè est, nec rectè dicitur
per se formalis, quamuis ex parte, siue secun-
dum quid naturam sapiat propositionis forma-
lis ob dictam causam; quia scilicet prædicatum
includitur in ratione subiecti.

QUINTA CONCL. Logicè loquendo, dicta pro-
positio est per accidens. Probatur; quia prædi-
catur inferius de superiori.

SEXTA CONCL. Hæc non sunt formales,
sed identica, *Pater est deitas*, vel *essentia*, *Paterni-
tas est essentia*, vel *deitas*, *essentia*, vel *deitas est Pa-
ter*, aut *paternitas*, *Trinitas est essentia*, vel *deitas*,
Essentia est Trinitas. Hæc patet ex dictis.

CONTRA secundam concl. argumentatur Ia-
uel. Absolutum non prædicatur in recto præ-
dicatione quidditatiua & formali de respecti-
uo; ergo hæc non est formalis, *Pater est Deus*.
Antecedens probatur; quia relatiuum & abso-
lutum sunt opposita. Resp. antecedens esse fal-
sum de relatiuo subsistente comparato ad ab-
solutum, vt suppositum ad naturam. Ad pro-
bationem negatur assumptum. Relatiuum enim
& absolutum in diuinis non sunt opposita; nā
vt ait S. Thom. de pot. q. 8. a. 2. ad 9. vnitas ef-
sentia nō opponitur distinctioni relationum.
Et ibidem ad 2. ait nullam substantiam, quæ est
in genere, posse esse relationem: quia est definita
ad vnum genus: sed diuinam essentiam esse
supra omne genus, & comprehendere in se om-
nium generum perfectiones.

Ob. cont. 2.
concl.

CONTRA tertiam conclus. argum. Vasq. & Ob. cont. 3.
post eum Suar. Pater non comparatur Deo, vt
de essentia illius, sed vt persona per se illi con-
ue-

Ob. cont. 3.
concl.

ueniens, & necessario: contra verò Deus est de A
essentia Patris, & cuiusvis diuinæ personæ: ergo hæc, Deus est Pater, est per se formalis in secundo modo. Respondetur, licet pater non sit de essentia Dei præcisè sumpti, est tamen de ratione quidditatiua Dei secundum eius integrum conceptum, & non est aliquid consequens Dei quidditatem in suo integro conceptu consideratam.

CONTRA quartam concl. sunt argumenta Turriani soluta supra q. 28. a. 2.

Obi. cont. 5. CONTRA quintam argumentatur dictus expositor: quia in Deo nihil prædicatur secundum accidens. Resp. falsum esse assumptum. Quomodo verò siue quo sensu dicatur aliquid de Deo B per accidens, satis ostendimus.

Solut. CONTRA sextam arg. idē expositor. Sicut ens intrinsecè & essentialiter continetur in omnibus rebus, ita ut oēs res intrinsecè & essentialiter sint ens: sic diuina essentia intrinsecè & essentialiter continetur in omnibus diuinis tam absolutis quam respectiuis; ergo quidquid in Deo reperitur essentialiter, est diuina essentia; ergo personæ, relationes & Trinitas essentialiter continet naturam diuinam seu deitatem, & ipsa est de intellectu & essentia eorū; ergo hæc, Pater est deitas, vel natura diuina, aut essentia, est per se, & essentialis. Respondetur, si sermo sit de per se, & essentiali identica, conceditur totum argumentum: Si verò loquatur de per se, & essentiali formali, negatur vltima consequentia: quoniam in prædicato non significatur essentia ut informans, sed ut quædam res secundum se; quia significatur abstractè, & ideo est per se tantum identica non autem formalis.

Obi. cont. 6.

Solut. Ad Primum ergo dicendum, quod essentialia attributa non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personas per viam similitudinis, vel dissimilitudinis: ut dictum est. * Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio veritatis.

Ad secundum dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod vna persona se haberet ad aliam in habitudine forme. Quod excludit August. in 6. de Trinit. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, ut sic pater, & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia, quæ est sua essentia.

conuenit tamen, ut per aliqua magis manifesta declaratur. Essentialia verò attributa, sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam propria personarum: quia ex creaturis, ex quibus cognitionem accipimus, possumus per certitudinem deuenire in cognitionem essentialium attributorum, non autem in cognitionem personalium proprietatum, ut supra dictum est. † Sicut igitur similitudine vestigi vel imaginis in creaturis inuenta, vimur ad manifestationem diuinarum personarum, ita & essentialibus attributis. Et hæc manifestatio personarum per essentialia attributa, appropriatio nominatur.

Possunt autem manifestari personæ diuinæ per essentialia attributa dupliciter. Vno modo per viam similitudinis, sicut ea, quæ pertinent ad intellectum, appropriantur filio, qui procedit per modum intellectus, ut verbum. Alio modo per modum dissimilitudinis, sicut potentia appropriatur patri (ut August. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo.

Ad Primum ergo dicendum, quod essentialia attributa non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personas per viam similitudinis, vel dissimilitudinis: ut dictum est.

* Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio veritatis.

Ad secundum dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod vna persona se haberet ad aliam in habitudine forme. Quod excludit August. in 6. de Trinit. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, ut sic pater, & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia, quæ est sua essentia.

Ad Tertium dicendum, quod licet essentialiale attributum secundum rationem propriam sit prius quam persona secundum modum intelligendi: tamen in quantum habet rationem appropriati, nihil prohibet propriam personam, esse prius quam appropriatum. Sicut color posterior est corpore, in quantum est corpus: prius tamen est naturaliter corpore albo, in quantum est album.

Sensus quasi.

QVOD SIT appropriari, colligitur ex litera in corpore, & ad primum. Est enim non fieri proprium, sed accommodari alicui personæ propter peculiarem rationem, quæ in ea reperitur ad manifestationem eiusdem, ut significatur in textu, & aduertit Torres, quem sequitur Molina; & appropriatum est attributum accommodatum alicui personæ, E &c.

Forma Textus.

RESPONDET S. D. duabus conclusionibus ad quæsitum.

PRIMA CONCL. est. Conueniens fuit ad manifestationem fidei essentialia attributa personis appropriari. Probatur. Manifestatio personarum per essentialia attributa appropriatio nominatur, sed conueniens est diuinis personis per essentialia attributa manifestari: ergo conueniens fuit, &c. Maior relinquitur ut nota ex quid nominis

Z 4

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Utum nomina essentialia sint approprianda personis.

208. AD Septimum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod enim potest vergere in errorem fidei, videndum est in diuinis: quia ut Hieron. * dicit, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Sed ea que sunt communia tribus personis appropriare alicui, potest vergere in errorem fidei: quia potest intelligi, quod vel illi tantum personæ conueniant, cui appropriantur, vel quod magis conueniant ei quam alijs. Ergo essentialia attributa non sunt approprianda personis.

2. Præter. Essentialia attributa in abstracto significata, significant per modum forme. Sed vna persona non se habet ad aliam ut formam: cum ab eo, cuius est forma, supposito non distinguatur. Ergo essentialia attributa maxime in abstracto significata, non debent appropriari personis.

3. Præter. Proprium prius est appropriato. Proprium enim est de ratione appropriati. Sed essentialia attributa secundum modum intelligendi sunt priora personis, sicut commune est prius proprio: ergo essentialia attributa non debent esse appropriata.

Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

Respondeo. Dicendum, quod ad manifestationem fidei, conueniens fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim trinitas personarum demonstratione probari non possit (ut supra dictum est *)

q. 32. art. 1.

q. 32. art. 1.

In corp. art.

Li. 6. de tri.

c. 2. adian.

Bo. 1. to. 3.

minis seu ratione appropriationis. Minor verò A probatur. Licet Trinitas personarum demonstratione probari non possit, conuenit tamen, vt postquam fide suscepta est, per aliqua magis manifesta declaratur; at essentialia attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quàm propria personarum; ergo &c. Maior probatur; quia similitudine vestigij vel imaginis in creaturis inuenta vtimur ad manifestationem diuinarum personarum. Minor probatur; quia ex creaturis, ex quibus cognitionem accipimus, possumus per certitudinem deuenire in cognitionem essentialium attributorum, non autem in cognitionem personalium proprietatum, vt dictum est supra quest. 32. art. primo.

SECUNDA CONCL. est Diuina persona pos- sunt manifestari per essentialia attributa dupliciter: Vno modo per viam similitudinis: Alio modo per viam dissimilitudinis. Manifestatur vtraque pars exemplariter, vt in textu.

Expositio Textus.

TOTVM hunc articulum explicat Torres, ad quem lectorem remittimus. Legendus est D. Bernardus epist. 90. vbi refert & confutat errorem Petri Abailardi dicentis ea attributa, quæ nos appropriat a nuncupamus, esse personarum propria. Contra quem errorem militat huius & sequentis articuli doctrina, & cum etiam confutat Torres.

Turriani
dubitatio.

Solut. ex 5.
I hom.

Circa minorem principalis argumenti, & eius probationem quærit Torres, quoniam patet, cum accommodamus attributa personis, declarantur personæ. Cui quæsitio satisfacit abundè S. D. in art. seq. dicens id provenire ex similitudine appropriatorum cum proprijs. Naturale enim nobis est, vt rem occultam & ad cognoscendum difficilem, ex euidetium similitudine declarem. Cum igitur singulis proprijs personarum nobis cognitu difficillimis, singula vel plura adaptantur nota, cum eis habentia similitudinem, quasi luce coloribus addita fiunt nobis conspicua propria personarum. Et hæc videtur esse propria ac prima radix appropriationis attributorum, quam non attingit prædictus expofitor.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Vtrum conuenienter à sacris doctoribus sint essentialia personis attributa.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter à sacris doctoribus sint essentialia personis attributa. Dicit enim Hyl. in 2. de Trinitate. * Aeternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. In quibus verbis ponit tria nomina, propria personarum: scilicet nomen patris, & nomen imaginis, quod est proprium filio (vt sup. dictum est) & nomen muneris sine donum, quod est proprium Spiritui sancto. (vt supra habitum est.) Ponit etiam tria appropriata. Nam aeternitatem appropriat patri speciem filio, vsus Spiritui sancto. Et videtur, quod irrationabiliter. Nam aeternitas importat durationem essendi, species verò est essendi principium: vsus verò ad operationem pertinere videtur. Sed essentia & operatio nulli persone appropriari inueniuntur. Ergo inconuenienter videntur ista appropriata personis.

200.
1 dist. 3 q. 1.
art. unico.
Et ibidè q. 3 a. 1. & di.
34. q. 2.
Aug. lib. 6.
de Trin.
Lib. 2. de
Trin. paulo
post. princ.
de 55. art. 2.
q. 38. ar. 2.

2. Præterea. Aug. in 1. de doctr. * Christ. sic dicit: Li. 1. ca. 5. In patre est vnitas, in filio equalitas, in Spiritu sancto equalitatis vnitasq. concordia. Et videtur, quod inconuenienter: quia vna persona non denominatur formaliter per id, quod appropriatur alteri. Non enim est sapiens pater sapientia genita, vt dictum est. † Sed sicut ibidem subditur, tria hæc, vnum omnia sunt propter patrem, equalia omnia propter filium, connexa omnia propter Spiritum sanctum. Non ergo conuenienter appropriantur personis. Item secundum Augustinum patri attribuitur potentia, filio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Et videtur hoc esse inconueniens. Nam virtus ad potentiam pertinet. Virtus autem inuenitur appropriari filio, secundum illud 1. Corint. 1. Christum Dei virtutem. Et etiam Spiritui sancto, secundum illud Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Non ergo potentia patri est approprianda.

Art. præc.
ad 2. q. 3.
37. a. 2. a. 1.

3. Item Aug. in lib. de Trin. * dicit, Non confu- se accipiendum est, quod ait Apostolus, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso: Ex ipso dicens, propter patrem: Per ipsum, propter filium: In ipso, propter Spiritum sanctum. Sed videtur, quod inconuenienter: quia per hoc, quod dicit in ipso, videtur importari habitudo causa finalis, quæ est prima causarum. ergo ista habitudo causa deberet appropriari patri, qui est principium, non de principio.

Lib. 6. de
Trin. c. 10.
in fi. illius
tom. 3.

4. Item inuenitur veritas appropriari filio, secundum illud Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Et similiter liber vitæ secundum illud Psal. 39. In cap. lib. scriptum est de me. glo. † id est apud patrem qui est caput meum. Et similiter hoc, quod dico, qui est. Quia super illud Isa. 65. Ecce ego ad gentes: dicit gl. * Filius loquitur qui dixit Moyse: Ego sum qui sum. Sed videtur, quod propria sint filij, & non appropriata. Nam veritas secundum Aug. † in lib. de vera religione, est summa similitudo principij absque omni dissimilitudine. Et sic videtur, quod proprie conueniat filio qui habet principium. Liber etiam vitæ videtur proprium aliquid esse: quia significat ens ab alio. Omnis enim liber ab aliquo scribitur. Hoc etiam ipsum qui est, videtur esse proprium filio. Quia, si cū Moyse dicitur, Ego sum qui sum, loquitur trinitas. Ergo Moyse poterat dicere, iste qui est pater & filius & Spiritus sanctus. misit me ad vos. Ergo & vltimus dicere poterat, ille qui est pater & filius & Spiritus sanctus. misit me ad vos, demonstrando certam personam. Hoc autem est falsum. Quia nulla persona est pater & filius & Spiritus sanctus. Non ergo potest esse commune Trinitati, sed est proprium filij.

* Glofa interlinearis
ibidem.
† cap. 26.
post med.
illius 13. a.

Respondeo. Dicendum, quod intellectus noster qui ex creaturis in Dei cognitionem manuducitur, oportet, quod Deum consideret secundum modum, quem ex creaturis assumit. In consideratione autem alicuius creature, quatuor per ordinem nobis occurrunt. Nam primò, consideratur res ipsa absolute, inquantum est ens quoddam. Secunda autem consideratio rei est, inquantum est vna. Tertia consideratio rei est, secundum quod inest ei virtus ad operandum, & ad causandum. Quarta autem consideratio rei est, secundum habitudinem, quam habet ad causatam. Vnde, hæc etiam quadruplex consideratio circa Deum nobis occurrit. Secundum igitur primam considerationem, qua consideratur absolute Deus secundum esse suum, sic sumitur appropriatio Hyl. secundum quam, eternitas appropriatur patri, species filio, vsus Spiritui sancto. Aeternitas enim inquantum significat esse non principiatum, similitudinem habet cum proprio patris, qui est principium non de principio: species autem sine pulchritudo habet similitudinem cum proprijs filij. Nam ad pulchritudinem tria requiruntur. Primò quidem, integritas, siue perfectio. Quæ enim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt. Et debita proportio siue consonantia. Et iterum claritas. Vnde quæ

qua habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur.

Quantum igitur ad Primum, similitudinem habet cum proprio filio, in quantum est filius habens in se verè & perfectè naturam patris. Vnde, ad hoc innuendum August. † in sua expositione dicit, Vbi scilicet in filio summa & perfecta vita est, &c.

Quantum verò ad Secundum conuenit cum proprio filio, in quantum est imago expressa patris. Vnde videmus quod aliqua dicitur esse pulchra, si perfectè representat rem, quamvis turpem. Et hoc testigit Aug. * cum dicit, Vbi est tanta conuenientia, & prima aequalitas, &c.

Quantum verò ad Tertium conuenit cum proprio filio, in quantum est verbum, quod quidem lux est, & splendor intellectus: vt Damascen. † dicit. Et hoc tangit August. * cum dicit, Tanquam verbum perfectum cui non desti aliquid, & ars quaedam omnipotentis Dei &c. Vnus autem habet similitudinem cum proprijs spiritibus sanctis. Largo modo accipiendo vsus: secundum quod Vti, comprehendit sub se etiam frui: prout Vti, est assumere aliquid in facultatem voluntatis: & frui, est cum gaudio Vti, vt August. * 10. de Trinit. dicit. Vnus ergo quo pater & filius se inuicem fruuntur, conuenit cum proprio spiritu sancto, in quantum

† Lib. 6. de Trinit. c. 10. in medio.

† Lib. 6. de Trinit. c. 10. in medio.

† Lib. 6. de Trinit. c. 10. in medio.

† Lib. 6. de Trinit. c. 10. in medio.

diuini personis. Vnde pater & filius possunt dici conueni.

Secundum verò tertiam considerationem, qua in Deo sufficiens virtus consideratur ad causandum, dicitur sumi tertia appropriatio, scilicet, potentia, sapientia, & bonitas. Quae quidem appropriatio fit & secundum rationem similitudinis, si consideretur, quod in diuinis personis est: & secundum rationem dissimilitudinis, si consideretur quod in creaturis est. Potentia enim habet rationem principij. Vnde habet similitudinem cum patre caelesti, e qui est principium totius diuinitatis. Deficit autem interdum patri terreno propter senectutem. Sapientia verò similitudinem habet cum filio caelesti, in quantum est verbum, quod nihil aliud est, quam conceptus sapientiae. Deficit autem interdum filio terreno propter temporis paucitatem. Bonitas autem, cum sit ratio & obiectum amoris, habet similitudinem cum spiritu diuino qui est amor: sed repugnantiam habere videtur ad spiritum terrenum secundum quod importat violentiam quandam, & impulsione: prout dicitur Isai. 26. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. Virtus autem appropriatur filio & e spiritu sancto, non secundum quod virtus dicitur ipsa potentia rei, sed secundum quod interdum virtus dicitur id quod a potentia rei procedit, prout dicimus aliquod virtuosum factum esse virtutem alicuius agentis. Secundum verò quartam considerationem, prout consideratur Deus in habitudine ad suos effectus, sumitur illa appropriatio ex quo, per quem, & in quo. Hac enim praepositio, Ex, importat habitudinem quandam cause materialis, quae locum non habet in diuinis. Aliquando verò habitudinem cause efficientis. Quae quidem competit Deo ratione sua potentiae actiuae. Vnde, & appropriatur patri, sicut & potentia. Hac verò praepositio, Per, designat quidem quandoque causam mediam: sicut dicimus, quod faber operatur per martellum. Et sic ly per, quandoque non est appropriatum, sed proprium filij: e secundum illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt: non quia filius sit instrumentum, sed quia ipse est principium de principio. Quandoque verò designat habitudinem formae, per quam agens operatur, sicut dicimus, quod artifex operatur per artem. Vnde sicut sapientia & ars appropriatur filio: ita & ly per quem. Hac verò praepositio In, denotat propriè habitudinem continentis. continet autem Deus res dupliciter. Vno modo, secundum suas similitudines: prout scilicet res dicuntur esse in Deo, in quantum sunt in eius scientia. Et sic hoc quod dico in ipso, esset appropriatum filio. Alio verò modo continentur res a Deo, in quantum Deus sua bonitate eas conseruat, & gubernat, ad finem conuenientem adducendo. Et sic ly in quo, appropriatur spiritui sancto, sicut bonitas. Nec oportet, quod habitudo causa finalis (quamuis sit prima causarum) approprietur patri qui est principium nō de principio, quia persone diuinae, quarum pater est principium, non procedunt vt ad finem (cum qualibet illarum sit vltimus finis) sed naturali processione, quae magis ad rationem naturalis potentiae pertinere videtur.

Ad illud verò, quod de alijs queritur dicendū, quod cum veritas pertineat ad intellectū (vt supra dictum est) appropriatur filio, non tamen est propriū eius. Quia veritas vt supra dictū est, considerari potest prout est in intellectu, vel prout est in re: sicut igitur intellectus & res essentialiter sumpta, sunt essentialia & nō personalia, ita & veritas. Diffinitio autē Aug. inducta datur de veritate secundū, qd appropriatur filio. Liber autē vita in recto quidē importat notitiā, sed in obliquo vitam. Est enim, vt supra dictū est, notitia Dei de his, qui habituri sunt vitam eternam. Vnde ap-

243.

208.

D. 235.

206.

243.

24. n. 1.

pro-

propriatur filio, licet vita approprietur spiritui sancto, in quantum importat quandam interiore motum: & sic conuenit cum proprio spiritui sancti, in quantum est amor. Esse autem scriptum ab alio, non est de ratione libri in quantum est liber, sed in quantum est quoddam artificiatum. Vnde non importat originem, neque est personale, sed appropriatur persone. Ipsum autem nomen, Qui est, appropriatur persone filij, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti, in quantum scilicet in locutione Dei ad Moysen prefigurabatur liberatio humani generi, que facta est per filium. Sed tamen secundum quod ly qui, sumitur relatiue, posset referri interdum ad personam filij: & sic sumeretur personaliter, ut puta si dicat, filius est genitus, qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumptum est essentiale. Et licet, hoc pronomen, iste, grammatice loquendo, ad aliquam certam personam videatur pertinere: tamen qualibet res demonstrabilis, grammatice loquendo, persona dici potest, licet secundum rei naturam non sit persona. Dicimus enim, iste lapis, & iste asinus. Vnde, & grammatice loquendo, essentia diuina secundum quod significatur & supponitur per hoc nomen, Deus, potest demonstrari hoc pronomine, iste, secundum illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum.

Sensus questii.

TITVLVM explicat Cai. & ex articulo colliguntur sexdecim appropriata, de quoru adaptatione rationem reddit S. D. valde subtiliter & eleganter.

Forma Textus.

CONCL. est affirmatiua. Probatur. Deus à nobis quatuor modis consideratur. Primò absolute secundum esse suum, secundò ut est vnus, tertio prout sufficientem habet virtutem ad causandum, quarto secundum habitudinem ad suos effectus: secundum quas quatuor considerationes attenduntur vniuersa essentialia similitudinem habentia cum proprijs personarum: At sacri Doctores iuxta singulas dictas considerationes attribuunt essentialia personis; ergò conuenienter ab eis sunt essentialia personis attributa. Maior quo ad primam partem probatur, quoniam oportet ut intellectus noster, qui ex creaturis in Dei cognitionem manuducitur, Deum consideret secundum modum, quem ex creaturis assumit; at in consideratione creaturarum quatuor per ordinem nobis occurrunt; primò res ipsa absolute, in quantum est ens quoddam, secundò in quantum est vna, tertio eius virtus ad operandum & causandum, quarto habitudo quam habet ad causata; ergò etiam Deus à nobis quatuor modis predictis consideratur. Minor verò cum altera parte maioris probatur discurrendo per singula à sacris Doctoribus attributa personis, & explicando singulorum ad propria personarum similitudinem aut etiam dissimilitudinem.

Expositio Textus.

QVAEDAM ex dictis in hoc articulo capit Torres, cui occurrit Ripa. Aduertit præterea Torres ad finem primæ partis sui commentarij, plura esse alia attributa personis communia, quæ in sacris litteris appropriantur, quæ longum esset (inquit) recensere. Vnum tantum affert, quod est trahere hominem ad fi-

dem, quod Ioannis 6. Christus appropriat Patri dicens; Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Sed cum trahere ad potestatem pertineat, quæ patri appropriatur, ad ea quæ supra sunt numerata pertinebit. Quod idem dicendum de cæteris quibuscunque, quæ in sacris litteris aut SS. Patrum scriptis inueniuntur appropriata.

Aduerte præterea quædam ex attributis in littera nominatis fuisse personis appropriata, non à solis Patribus sed à sacris litteris, ut hic probat Torres, & alij de potentia, sapientia & bonitate. Quædam alia notant Torres, Zúmel. & Molina ad hunc articulum, quæ lege, si placet.

QVÆSTIO XXXX.

De personis in comparatione ad relationes, siue proprietates, in quatuor articulos diuisa.

DEinde queritur de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates.

Et queruntur quatuor.

Primo. Vtrum relatio sit idem quod persona.

Secundò. Vtrum relationes distinguant, & constituent personarum.

Tertio. Vtrum abstractis per intellectum relationibus à personis, remaneant hypostases distinctæ.

Quarto. Vtrum relationes secundum intellectum, præsupponant actus personarum, vel e conuerso.

Ordo articulorum huius Quæstionis.

COMPARATVR in hac quæstione persona relationi dupliciter: Primò, considerando personam secundum se, in primis tribus articulis: secundò eandem considerando secundum actum illius notionalem in articulo ultimo. Personam verò secundum se comparat primò relationi, quo ad modum entis communissimū, qui est idem & diuersum in primo articulo; secundò, secundum specificam & propriam rationem personæ & relationis quo ad actum constituendi & distinguendi in secundo articulo: postremò, quo ad modum constitutionis & distinctionis in tertio articulo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum relatio sit idem quod persona.

AD Primum sic proceditur. Videtur, quod in diuinis non sit idem relatio quod persona. Quæcunque enim sunt idem, multiplicato vno eorum, multiplicatur & aliud. Sed contingit in vna persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas, & communis spiratio: & iterum vnam relationem in duabus personis esse, sicut communis spiratio est in patre & filio. Ergo relatio non est idem quod persona.

2. Præterea. Nihil est in seipso secundum Philosophum in 4. Physic. * Sed relatio est in persona. Nec potest dici, quod ratione identitatis, quia sic esset etiam in essentia: ergo relatio, siue proprietates, & persona non sunt idem in diuinis.

3. Præterea. Quæcunque sunt idem, ita se habent, quod quicquid predicatur de vno, predicatur & de alio. Non autem quicquid predicatur de persona, predicatur de proprietate. Dicimus enim quod pater generat, sed non dicimus, quod paternitas sit generans. Ergo proprietates non est idem quod persona in diuinis.

Sed